
GULIELMI PHILANDRI CASTILIONIEI CASTIGATIONES, ATQUE...

Guillaume Philandrier





AI

672

5




GVLIELMI PHILANDRI CASTILIO-NIEI

Castigationes, atq; Annotationes pauculæ in XII. libros institutionum M. Fab. Quintiliani, specimen quoddam futurorum in eosdem commentariorum,

Ad illustrißimum dominum D. Georgium Armaignacum, Rhutenorum episcopum, mecœnatem suum.



VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1535.

GRYPHIVS LE
CTORI S.

Admonitum te uelim Lector, has Annotationes in Quintilianum ad exemplar nostrum, Anno 1534. editum, dirigi: quod facilè ex numeris ipsis cognosces.

LVDOVICVS COLVMBELIVS
medicus Rothomagæus *ad lectorem.*

EN *tibi tandem candide lector* Philandri *nostri in* Quintilianum *scholia. Spero hinc studia tua non minimum adiutum iri: simul & coniecturum, quantum tibi polliceri debeas ex amplißimis illis commentarijs, quæ parturit.* Quicquid *id est, quod præstitit, debes* Margaritæ *illi* Nauarri Regis *uxori coniunctißimæ: quæ cùm hàc nuper iter ageret, non passa est diutius tam claram lucem craßis ignorantiæ tenebris obrui.* Habebis *nunc apud te eorum, quæ parturit quoddam ueluti specimen.* Tu *interim ex unguibus leonem.*

Datum Ruthenis.

ΛΟΔΟΟΥΙΚΟΥ ΚΟΛΟΜΒΕΛΙΟΥ
εἰς ἐπανόρθωσιν φαβίου τοῦ Κοϊντιλίανου.

Ῥητορικῆς φάβιος μεγαλὸν πρὶν κῦδος, ἔλειψε
Ἀνθρώπων σφαλερῷ σοί ποτε μνῆμα γένει.
Καὶ μετὰ λευγαλέος, φθονέων μερόπεσσιν, ἔπερσε
Τοῦτο, λίαν πήγων πικρῶν ὄλλυντα χρόνος.
Νῦν δὲ τοῖον σοὶ πανταδάπασιν γουιέλμος ἔδωκε,
Οἷον, δικταίου νεύματι ζωός, ἔην.
Ἔσται δ' ἀείμνηστον σὸν τοὔνομα, ᾧ σε φίλανδρε
Ὑμνήσουσι, βιῶν δ' ἄφθονος οὐκ ἔσται.

EX PRIMO LIBRO.

Pag. 2. ex epistola.

Quintilianus Triphoni.) *Triphonis bibliopolæ meminit Martialis lib. 4. & 13.*

Vt refrigerato inuentionis amore.) Nam ut Plinius epistola 1. Tacito scribit: *Suæ quisq; inuentioni fauet.* Vide Quintil. lib. 10. cap. de emendatione.

Et *auram soluentibus bene precemur.)* Lege: Et *ora soluentibus bene precemur: auferendi casu, quasi sit ab ora, id est, regione littorali.*

Pag. 3. ex Procœmio.

Post impetratam studijs meis quietem, quam per uiginti annos &c.) Lege, *quæ, ut referatur ad studia. Quietem autem intelligit, quam nactus erat post uigesimum annum impensum instituendis iuuenibus.* Professores *enim post annum uigesimum consequebantur honestam mißionem: & laboribus dabant iustam senes mißionem, ut loquitur 13. declamatione.* Vide *quæ huc faciunt* Cod. *de profeßo. & medic. lib. 10. & lib. 12. de professoribus qui in urbe* Constantinopolitana *docentes ex lege comitiuam meruerunt.*

Pag. 8. ex cap. 1.

Nam *Gracchorum eloquentiæ.)* Ex Cic. Bruto.

Et *Lælij filia.)* Ex eodem.

Q. Hortensij *filiæ oratio.)* Vide Valerium lib. 8. tit. 3.

Pag. 9.

Nutrices *pueros pedagogos,* At *unus.)* Scribe *pedagogosq;.*

Pag. 10.

Amaritudinem semel perceptam.) Aliàs *præceptam, nō male, ut* Hieronymus *habet.*

Et *nonnunquam fecisse se gaudeat.)* Lege, Et *nonnunquā*

nesciße se gaudeat.

Præmijs etiã quæ capit illa ætas.) *Aliàs, quæ cupit, aut qui bus capitur: mos enim erat præceptorũ pueritiã inuitare munu-nusculis, aut crustulis, & sic quasi lactare, ut testatur* Horatius.

Pag. 12.

Et celerius ac sæpius sequẽdo certa uestigia.) Melius, *cæsa uestigia: pro uestigijs illis, & quasi sulcis styli argẽtei, aut æerei.*

Pag. 13.

Quas Græci γλώσσας *uocant.)* Vide Aristotelem lib. de *poëtica, & Sextum* Pompeium *in dictione, lingua.*

Sicut suo loco dicam.) Lib. 2.

Pag. 14. ex cap. 2.

Quam uel optime dicendi.) *Aliàs, discendi.*

Et fieri etiam si potest uolo.) *Scribe nolo.*

Iam coccum intelligit.) *Scribe, coquũ, siue cocũ: nam quod dictum est de purpura, ad uestimenta: quæ sequuntur, uidentur magis ad uictus rationem & institutionem pertinere.*

Pag. 15.

Antè palatũ eorũ quàm os instituimus.) *Scribe quàm mores.*

Ne Alexandrinis quidẽ permittẽda delitijs.) Respexit *ad sa cra Serapidis: nã ad Canobũ ex Alexãdria ad oraculũ ueniebãt per fossam arte deductam die noctuq; nauiculis plenam, utroq; sexu impudice canente ac saltante. Meminit* Ouid. de Tristibus.

Sed præstet alicui uel gratia.) *Scribe aliquis.*

Pag. 17.

Vel etiam instillantis.) Rodolphus Agric. *legit instillantibus.*

Velut parum aptos ad percipiendum animos.) *Aliàs aper tos scribitur.*

Pag. 20. ex cap. 3.

Et præcipientibus facile credit.) *Aliàs, cedit, id est, flecti-tur, ut referatur ad corrigas, quod sequitur.*

Sed cur nõ fecerint, puniãtur.) *Scribe, quòd, aut cũ nõ fecerint.*

Pag.

Pag.22.ex cap.5.

Et heri neq;,e,neq;,i,audiatur.) Scribe,& in heri.

Aijoij ,aijamq;.) Aliàs, Maijam,Aijacemq;.

Pag.23.

Vel simili litera utētes.) Scribe,Vau:id est,f, ex Prisciani lib.1. Victorinus scribit digammon Aeolicum eandem esse literam cum ea,quam Hebræi uocant Vau.

Vnde duellios quidā dicere bellios ausi.) Vide Cice in Orat.

Quem οὐδυαρία fecerunt Aeoles.) Scribe,ὑδυαρία, ex Ioanne Grammatico,& Corintho.

Et Deioue uictore,non Deioui uictori.) Aliàs,Deioue Veioue,non Deioui Veioui. Vide Gell.lib.5.cap.12.

Pag.24.ex cap.6.

Quorum fuerunt Aristoteles,& Theodectes.) Vide Dionysium Halicarn. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ac primum coniunctionibus articuli adiecti.) Imò uerius disiuncti:Nam Halicarn.dicit, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα.

Ex cap.7.

Et uolucrit docere quæ didicit.) Et,uacat.

Pag.25.

Et glicerium.) Scribe, Glycerium.

Burri.) Scribe Burrhi,uide Pompeium.

Iam Cotta.) Scribe Cottæ,quia tres fuerunt.

Ex cap.8.

Itur in antiquam syluam.) Aeneid.6.

Cui simile,fletur.) Terent.in Andr.

Panditur interea.) Aeneid.10.

Totis usq; adeo turbatur agris.) Aegloga.1.

Pag.26.

Emendate loquendi regulam.) Scribe regula,casu recto, ut sit suppositum uerbi examinet.

Pag.27.ex cap.9.

Quid hic promissor tanti operis dignum.) Imitatio ex arte poëtica Horat.

Vtitur Persius.) Satyra 5.

Sicut Catullus.) De Aemilio.

Nã mastrugã.) Scribe mastrucam. Cic. ex industria dixit in oratione de Prouincijs Cons. Res, inqt, in Sardinia cũ mastrucatis latrũculis à prætore una cohorte auxiliaria gesta est.

Tinca Placentinus.) Sic scribit Cicero in Oratore, non Tinga, ut quidam codices habent.

Pag.28.

Metieo, Suffecieo.) Antiqui, Fuffecieo, per, f. scribebãt, nõ p, f.

Et Thrasumenum pro Tharsomeno.) Scribe Tharsomenum, pro Thrasumeno.

Sisenna dixit assentio.) Vide Gellium lib. 2. cap. 24.

Συναλοιφὴν Græci uocãt.) Donatus uocat ἐπισυναλοιφὴν, & synæresin: Italiam fato profugus. Aeneid. 1.

Pag.29.

Vnius ob noxam.) Aeneid. 1.

An inscriptio sit uitium.) Scribe, An in scripto.

Vt in Graccis, & triumpis.) Vide Cice. in Oratore.

Qua de re Catulli nobile epigramma.) De Arrio.

Inde durat ad nos usq; uehemẽter.) Quod quidã codices habeant, frequẽter, nõ facit ad rem, cũ nulla in eo sit aspiratio.

Quæ circum littora.) Aeneid. 4.

Pag.30.

Troiæ qui primus ab oris.) Aeneid. 1.

Pecudes pictæq; uolucres.) Aeneid. 1.

Præterea nunquam eadem flexa & acuta itaq; neutra.) Lege, Nunquam eadem flexa & acuta, nisi quia flexa ex acuta, itaq; neutra.

Et ἰχνοθέτας.) Scribe ἰχνιότητας.

Pag.

Pag .31.

Amaræ corticis.) Aegloga.6.
Medio cortice.) Georg.2.
An sit igitur in uitio sermonis.) Scribe in initio.

Pag.32.

Deuenere locos.) Aeneid.1.& 6.
Conticuere omnes.) Aeneid.2.
Consedere duces.) Ouid.Metamorph.13.

Non reprehendo,inquit.) In Cicerone scriptum est, Nec uero reprehenderim.

Pag.33.

Vt docebimus.) Lib.9.cap.1.
Vt supra dixi.) Cap.de declinat.nominum.

Pag.34.

Quorum altero Cicero.) Pro Milone.
Altero Horatius.) Serm.1.Satyr.6.

Et Mappam quoq;.) Male alij codices,mapalia,nam nihil his cum circo. Mappa autem in circo usos Romanos testis est Martialis lib.12.

Et apud Cice.Hermagora.) Rhet.1.

Pag.35.

Quia duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur.) Scribe una aut duabus: Vnam autē intellige mediam.

Et quo Cicero utitur subabsurdum.) De Orat.2.Et Quintil.lib.6.cap.de risu.

Quamuis capsis Cicero dicat compositum.) In Oratore.

Nerei repandrostrum.) Scribe,repandirostrum,Vide Crinit.lib.19.Cap.5.

Pag.36.

Inde abstulit,aufugit.) Cice.in Orat.
Sic ignaui & erepti.) Hoc sumptum ex Orat. Ciceronis.

Namq; ut Cice.ait.) De natura deorum lib.1.
Imo de stirpe recisum.) Aeneid.11.
Aëriæ quo congessere palumbes.) Aeglo.3.
Silice in nuda.) Aeglo.1.

Pag.39.

Nesciebamus enim ac non potius.) Imitatio est ex Orat. Cic.

In epistolis ad C. Cæsarem scriptis, emendat.) Scribe emẽdatur: nã mihi non sit uerisimile ab Augusto emendatũ C. Cæsarẽ.

Pag.40.

Apud Aristotelem inuenitur σύμβολον.) lib. περὶ ἑρμηνείας.
Meridiem an medidiem dici oporteat.) Cic. in Orat.

Pithici.) aliàs pythici, aut pythij, aut pici, si de nominibus Rom. tantum accipiamus.

Pag.41.

Nam quia Cœlo Saturnus genitalia abscidit.) Cælio legendum, ex Cic. de Natura deorum lib.2.
Ciceroni persuadere uoluit.) lib.4. de lingua Latina.

Pag.42. ex cap.10.

Tuburchiabundum, & Lurchiabundum.) Scribe Tuburcinabundum, & Lurcabundum, ex Nonio Marcello.

Pag.43. ex cap.11.

At lauamus, & tõdemur.) Aliàs, lanamus, & tõdemus, nõ male.

Pag.44. ex cap.12.

Quæ est Iulio in foro posita.) Scribe Duillio, ex Plinio, lib.34. cap.5.
De qua supra dixi.) cap. de literis.

Pag.45.

Aινῖσιν.) Scribe Aινῖσι ut sit datiuus, soluta diphthongo impropria, ῃ, in, ηι.

Pag.46.

Nam & Gaius C. litera notatur.) Scribe Caius, quanquàm Græce γαῖος, & apud Pompeium Gaia.

Nec

Nec Cneus eam literam.) Gneus, Sexto Pompeio scribitur à generando.

Et Suburra cum tribus literis notatur, E, tertiam ostendit.) Scribe C, tertiam ostendit, nam Suc, scribitur.

Maiori operi reseruo.) lib. 8.

Pag. 47. ex cap. 13.

Nec psalmate ut nũc à plerisq; fit effœminata.) Si legis psalmate, superuacua est repetitio, cum in canticũ dissolutam, quod idem est, præposuerit: quare probatior lectio plasmate, quo nomine utitur Persius pro potione ad uocem nutriendam.

Si cantas male cantas, si legis cantas.) id est, si legis poëma, ita legis, ut uidearis magis solutam orationem pronunciare: si solutam orationem legis, uoce magis poëmati apta uteris.

Pag. 48.

Paulo post suo loco dicam.) cap. de pronunciatione, & gestus institutione.

Præcipue quidem apud Cic.) ut pro Cælio, pro Corn. Balbo, In Anton. & in Pisonem.

Pag. 49.

Et schemata ut dixi uocamus.) cap. de uirtutibus, & uitijs orationis.

Sed ut commoueat.) Scribe, sed minusculo, s, neq; enim punctum antecedere debet.

Pag. 50. ex cap. 14.

Deinde eandem gracilitatem.) Scribe deinde minusculo, d.

Pag. 51.

Per eosdem ducitur casus.) Scribe, per omnes: uariantur enim chriæ, & sententiæ per omnes casus.

Ex cap. 15.

M. Cicero.) In Orat.

Pag. 52.

Natura enim perfectum oratorem.) Imitatio ex Orat. Cic.

Ex cap. 16.

Vt ijdem musici & uates.) Cic.de Orat.3. Musici qui erāt quondam, ijdem poëtæ

Pag.53.

Vt diximus.) In procemio.

Cum Pythagoras atq; eum secuti.) Vide Macrobium somnij scip.lib.2.

Quorum fons Socrates.) Cicero de Senectute hoc narrat.

Exercitus Lacedæmoniorum musicis accensos modis.) Hoc Valer.lib.2.tit.de institutis, & Gell.lib.1.cap.11.

Non igitur frustra Plato.) lib.de Legibus.

Pag.54.

Nihil se ex musicis nisi literas confitetur.) Sic Allantopola, siue Agoracritus in comœdia ἱππεῦς Aristophanis: οὐδὲ μουσικὴν ἐπίστασμαι πλὴν γραμμάτων, Vide eius interpretem.

Vt uerbis Ciceronis utar.) Tuscul. Quæst.lib.1

In ῥυθμὸν & μέλος & μέτρον.) Lege in ῥυθμὸν & ἐμμελὲς.

Pag.55.

Sepositus est nobis locus.) lib.11.

Exemplo C.Gracchi.) Vide Ciceronē de Orat.3. Gellium. lib.1.cap.11. & Valer.lib.8.

Pag.56.

Nec psalteria & spadicæ etiam uirginibus probis recusanda, sed nec cognitionem rationis ad mouendos leuandosq; affectus plurimum ualet.) Locum hunc sic corrige (Nam psalteria & spadices etiam uirginibus probis recusanda) sed, cognitionem rationis quæ ad mouendos &c. ut principium parenthesis sit, nam: finis, recusanda: &, quæ, pronomen additum.

Nam & Pythagoram accipimus.) Scribe, accepimus. Hoc autem Boëtius refert in procemio primo de musica ex lib. Cice. quem scripsit de consilijs suis.

Ex cap.17.

Aut indecoro gestu à computatione dissentit.) De supputatione

tatione per gestum digitorum ex Bedæ de natura rerum cap.1. dicemus lib.2.cap.de pronunciatione.

Grammatice ἀποδείξεις.) Scribe γραμματικοῦ ἀποδείξεις.

Pag.58.

Quod proximus demonstrabit liber.) Cap.de materia Rhetorices.

Pag.59.ex cap.18.

Qua solam uelut acriores parum efficimus.) Scribe efferimus.

Quippe ρ litera qua Demosth. quoq; laborauit.Cic.de Orat.1.

Cum C,ac similiter G,non ualuerunt,in T, & D, molliuntur.) Scribe Et cum C,ac similiter T,non ualuerunt: in G,ac D,molliuntur:ut sit mutatio tenuiũ in medias,quæ spiritus participes sunt,tametsi obscurioris.Litera autẽ quo plus habet spiritus,eo est auditu pulchrior,ut dicit cap.de ornatu. Vide Halicarn.in arte.

Ne labra detorqueantur.) Melius distorqueantur.

Vt mox dicemus.) lib.11.cap.de pronunciatione.

Verum discere etiam electa ex his cogat.) Melius ediscere.

Pag.61.

Vt orator utatur laterum inclinatione forti.) In Cice.scriptum est,inflexione.

Pag.62.ex cap.19.

At nouitijs nostris.) Nouitius quid sit, Vide.l. finali. §. seruus.ff.de ædilitio edicto.

Pap.63.

Sed formando se tantummodo præstant.) Scribe formandos.

Qui non contentus.) De Platone quæ huc faciant, Cic. Tuscul. 4.& de finibus lib.5.

Pag.64.

Vt ait Sophocles.) fortè legendũ,Euripides,nam est in eius Hecuba:πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην, Eũ uersum transfert apud Nonium Marcellũ Pacuuius.Meminit & Cic.de Orat.2.

Ex libro

EX LIBRO SE- CVNDO.

pag.65.ex cap.1.

Et Rhetorice cui nomē uis eloquēdi dedit.) Cic. de Orat. *Oratorem Græcè ab eloquendo rhetorem, & Latinè eloquentē dictum ait, nam antiquis* εἴρω *significabat dico.*

Pag.66.ex cap.2.

Sicut testatus sum libro superiore.) *cap.1.& 2.* In illo, *de pedagogo: in hoc, de præceptore.*

Pag.67.

Viua illa ut dicitur uox alit plenius.) Hunc locum imitatus *est* Hiero. *epist. ad* Paulinum: *meminit &* Plinius *epist.2.* Cōtrà *uero* Cic. *ad* Atticum. *2, ubi sunt qui aiunt* ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι.

Pag.68.

Carendum non solum crimine turpitudinis, uerum etiam suspicione.) Tractum *ex apohthegmate* Cæsaris *de* Pompeia *uxore, apud* Plutarchum.

Pag.69.ex cap.3.

Et bono sane stomacho cōtenti sunt.) Aliàs, *bono satis: intelligi autē puto quos nec fastidiat labor, nec elementorū molestiæ.*

Pag.70.

Non excidit mihi scripsisse me libro priore.) *cap.2.*

Ad Phœnicis Homerici exemplum.) Homeros *Iliad.9.&* Cic.*3.de* Orat.

Tres accipimus species.) Cic.Rhet.1.

Pag.71.

Grammaticis autem poëticas dedimus.) *lib.1.cap.14.*

Cum de iudiciali parte dicemus.) *lib.4.*

Et uel plura iusto concipiens spiritus.) *Scribe, plus: ut sit plus spiritus, referaturq; ad illud, generosiq; conatus.*

Pag.

Pag.72.

Qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem.) Ex lib. Georg. 2. hoc etiam docet Plinius lib. 17. falcis autem uinitoriæ figuram habes apud Columellam lib. 4. cap. 25.

Pag.73.

Et dum non possunt.) Scribe, & dum aliud non possunt. Priusquàm scilicet exierint de gremio, nec discere serio cœperint.

Neq; à nobis negligenter locus iste transibitur.) lib. 10. cap. 7.

Pag.74.

Et si reum adijcias.) Scribe abijcias: ut sit sensus, accusationes ex medijs ijs esse iudicijs, id est, cōtineri his exercitationibus, si abijcias reum: id est, si tollas personam, & cōmuniter perores.

Cur armata apud Lacedæmonios Venus.) Vide Lactant. de falsa religione. lib. 1. cap. 20. Est & epigramma Græcum, lib. 4. & Ausonij carmen.

Pag.75.

Nec huius rei iudicium differre sustineo.) id est, οὐκ ἔχω, οὐκ δυνάμαι, non possum, ut lib. 3. cap. 8.

Infelix suppellex.) Scribe supellex, habet enim primā breuē.

Nisi aliquo propriæ quæstionis uinculo copulatus appareat, atq; eum non tam insertum quàm applicitum.) Sic corrige, Nisi aliquo proprie quæstionis uinculo copulatus, subaudi sit, appareatq; eum non tam insertum &c.

Pag.76.

Vt alio quoq; libro sum confessus.) Scripsit librū de caussis corruptæ eloquentiæ, cuius meminit in procemio sexti libri

Pag.77.

Cicero autor est.) lib. de Orat. 3.

Ex cap.5.

De ratione declamandi, paulo post.) cap. 11.

Si quid minus usitatum incidat, docet.) Aliàs, si quod.

Pag.78.

Vulsis leuatisq́.) id est depilatis, & glabris: leuare enim prima producta pro leuigare dicitur. Statius Thebaid.1. Pars teretes leuare manu & disponere mensas.

An uero declamabit quidem præceptor.) Scribe, at uero, est enim obiectio, sicut & quod sequitur: Corrigetur palã &c.

Ex cap.6.

Quemadmodum Liuius præcepit.) Meminit huius Liuij ad filium epistolæ etiam lib.10.cap.1.

Pag.83.ex cap.9.

Cum de Ephoro & Theopompo sic iudicaret.) Narrat hoc Cic.de Orat.3.

Pag.84.

Non magis quàm Phonasco.) Phonascus magister instituendæ uocis: sicut palæstricus, qui flexum & motũ corporis format.

Pag.85.ex cap.11.

In corpus eant.) Græci dicũt σωματοῦσθαι: id est, corpulentũ fieri.

Pag.86.

Aliquid in se habet ἀποδεικτικόν.) Scribe ἐπιδεικτικόν, id est, ostentatiuum, siue demonstratiuum.

Pag.89.ex cap.13.

Mire ad pullatum circulum facit.) id est, ad imperitiores & rudiores: Qua in significatione dicitur à Suetonio in Augusto, & à Plinio in epistolis.

Pag.90.ex cap.14.

Dirigat frontem, cornua utrinq; promoueat.) Quid frõs, & cornu, uide apud Vegetium

Ac repetens iterumq; iterumq; monebo.) Ex lib. Aeneid.3.

Pag.91.

Apelles tamen imaginem Antigoni.) Vide Plin.lib.35.cap.10.

Nam cum in Iphigeniæ immolatione.) Hoc scribunt Cic. in Orat. Plinius lib.35.cap.10.& Valer.lib.8.

Nonne

Nonne huic est illud simile Salustianum: Nam de Carthagine.) Est in Iugurtha.

Pag. 92. ex cap. 15.

Quam illa Plauti essentia.) pro Plauti, scribe, Flauij, & hic & lib. 3. cap. 7. Flauij enim artis Rhetoricæ meminit lib. 7. cap. 5. & lib. 8. cap. de ornatu, Dicit ens & essentia formata à Sergio Flauio: sic enim legendum, non ut scriptum est, à Sergio Flauióq;.

Pag. 94. ex cap. 16.

Qua Ennius M. Cethegum Suadæ medullam uocat.) Est apud Cic. in Bruto, & in libro de Senectute.

Nam & M. Aquilium defendens Antonius.) Vide Cic. de Orat. 2. & act. in Verren. 7.

Seruium quidem Galbam.) Scribe Sergium.

Et phrynem non hyperidis actione.) Historia est apud Athenæum δειπνοσοφιστῶν lib. 13.

Siue ut creditum est Aristoteles.) Vide Val. lib. 8. Tit. 15.

Pag. 95.

Sicut Aristoteles qui dicit Rhetoricæ est uis.) Id est Rhet. lib. 1.

Pag. 97.

Socrates inhonestam sibi credidit orationem.) Lege Cic. de Orat. 1. Valer. lib. 6. tit. 4. & Laërtium.

Pag. 98.

Cicero scientiæ ciuilis partem uocat.) Rhet. 1.

Pag. 99. ex cap. 17.

Socrati obijciunt comici.) Aristophanes in Nubibus.

Pag. 100.

Quam populus Rom. apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit.) L. tamen Crassus, ut ipse testatur. 3. de Orat. Cic. Censor magistros dicendi sustulit. Vide Suet. de claris Rhetor.

Pag. 101.

Quod Pericli contigit.) Cic. in Orat. ex Aristophane.

Ex cap.18.

Cicero uero etiam eam.) Rhet. 1.

Pag.102.

Vt in libris Ciceronis de Orat. dicit Antonius.) Lib. de Orat. 1.

Circa Tisian, & Coraca.) Græci dicunt τὸυς περὶ τίσιαν καὶ κόρακα: id est, Tisiam, & Coraca.

Quanquàm apud Homerum.) Iliad. 9.

Quin in cælatura Clypei Achillis.) Iliad. 18.

Pag.110. ex cap.21.

Quas quidem Zenon adeò coniunxit.) Cic. refert de finibus lib. 2. in Orat. & in Part. oratoria.

Hominem porrò ratione, atq; oratione excellere.) Aristo. Politicorum. 1. cap. 2. Sermonem homo habet solus animalium.

Pag.111. ex cap.22.

Alio uero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur.) De Orat. 1.

Pag.112.

Si quæram quæ sit excusoris.) Quis sit excusor, uide apud Pomponium Gauricum lib. de Statuaria.

Mea quidem sententia.) Lib. de Orat. 1.

Pag.113.

Gorgias quidem adeo Rhet.) Cic. 1. & 3. de Orat. & item lib. de finibus. 2.

EX LIBRO TERTIO.

Pag.114. ex cap.1.

Qua ratione &c.) Lucretius dicit hoc lib. 4.

Ac ueluti pueris.) In codice Lucretij est. Nam ueluti: sicut uersu tertio pro, aspirant, est contingunt.

Absinthia tetra.) Plinius lib. 27. cap. 7. scribit folia absinthij in fico

in fico pueris dari, ut amaritudinem fallerent.

Pag. 115.

Et Abderites Protagoras.) Vide Gellium. lib. 5. cap. 10.

Quem Palameda Plato appellat.) In Phædro.

A quo scriptam in Socratem diximus orationem). lib. 2. cap. 18.

Quos Plato appellat λογοδαιδάλους.) In Phædro, & Cic. in Orat.

Pag. 116.

Turpe est tacere, & Isocratem pati dicere.) Scribit hoc Cic. de Orat. 3. & Tuscul. 1. Sed hic miror unum Laërtium de Xenocrate hæc referre.

De cuius opere supra dictum est.) lib. 2. cap. 16.

Et Theodorus Gadareus.) Vide Strabonem lib. 17.

Pag. 117.

Nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret.) Procemio de Orat.

Pag. 118. ex cap. 2.

Cicero quidem initium orandi conditoribus urbium.) Rhet. 1.

Pag. 119. ex cap. 3.

Et Cicero quidem in Rhetoricis.) Rhet. 1.

Nomine Latino caret.) Martianus uocat dispensationem: Sed uide Sulpitium uictorem Rhet. ad M. Silonem, qui œconomiam artificialem dicit, dispositionem autem naturalem.

Pag. 120.

Quos secutus est Cicero.) In Partit. in Topicis, & Rhet. 1.

Pag. 121. ex cap. 4.

Quod εὐχολήν dixit.) Scribe εὐχωλήν. Suidas tamen habet ἐκβολήν: id est, eiectionem.

Pag. 123. ex cap. 5.

Tria sunt item quæ præstare debeat Orator: ut doceat, moueat, delectet.) Hoc Cicero in Bruto: Sed in Orat. probare dicitur necessitatis esse, delectare suauitatis, flectere uictoriæ:

& in libro de optimo genere. Orat. docere debitũ esse, delectare honorarium, permouere necessarium.
Cicero propositum.) In Topicis.
Hæc ὑποθέσεις à nostris dicuntur.) Scribe hæ.

Pag. 124.

An caussa sceleris odium, cupiditas.) Adde particulam an, ut sit an cupiditas.

Pag. 125.

Cicero his uerbis.) In Topicis.

Pag. 126. ex cap. 6.

Sed alij ab Eucrate Isocratis discipulo.) Scribe Naucrate, ex. 2. & 3. de Orat. Meminit etiam Dionysius Halicar. in arte.

Sed eũ dicere de ipso statu caussæ cogãt.) In oratione Aeschinis est scriptũ, περὶ τῆς τάξεως τοῦ λόγου: id est, de ordine caussæ: quãquàm paulo antè dicit pugiles περὶ τῆς στάσεως, id est, de statu & loco inter se certare, ut Quintil. uideatur cõtra legisse, q̃ nũc scriptũ habeamus, permutato dictionũ τάξεως, & στάσεως ordine.

Pag. 129. ex cap. 7.

Ac primum Aristoteles elementa decem constituit.) In lib. Categoriarum.

Quam Plautus essentiam uocat.) Scribe Flauius, ut supra lib. 2. cap. 15.

Calefacere, stare, irasci.) Quis non uidet in situ nõ esse calefacere. & irasci, quare scribe, sedere, stare, iacere: id est, καθῆσθαι, ἑστάναι, ἀνακεῖσθαι, ut est apud Aristotelem in prædicamẽto ad aliquid.

Pag. 30.

ἀφορμὰς ἔργον uocat.) Scribe ἔργων casu genitiuo, numeri multitudinis.

Qualitatis quoq; solum statum faceret.) Locus hic integer non est: Eum sic emendabis, Sunt qui qualitatis quoq; solum statum facerent.

Vnde etiam somniorum, atq; ominum interpretes uocamus.)

Eos

Eos Græci ὀνειοκρίτας, & ὀνειοσκόπους uocant, unde & Artemidori lib. 5. de interpretatione somniorum ὀνειροκριτικοὶ inscribuntur.

Pag. 131. ex cap. 8.

Quo dubium & præsumptum significatur.) Scribe, quibus.

Pag. 133.

Aristoteles in Rhetoricis.) Rhet. 2.

Quodam tamen loco.) Rhet. 1.

Pag. 135.

Apud Aristotelem reperiuntur.) Rhet. 2.

Nam & Hippocrates.) Hoc narrat Cornelius Celsus lib. 8. cap. 4.

Pag. 136.

Sicut Catulum, atq; Lucullum.) Academicas Quæst. intelligit, quas Cic. à nobilißimis hominibus Catulo, Lucullo, & Hortensio transtulit, ad Varronē, ut scribit Epist. ad Atticum. 13.

Pag. 138.

Quorum autoritatem secutus est Cic.) In Orat.

Pag. 139.

Vt in 12. tabulis.) legis huius durißimæ in debitores meminit Gellius lib. 10. cap. 1.

Pag. 142. ex cap. 9.

An laudes Capitolini Iouis.) Fortè legendū Olympij, propter Olympia quæ quinto quoq; anno celebrabātur, in honorē Iouis Olympici: Nam nusquàm legi huiusmodi ludos fieri in honorem Iouis Capitolini.

Pag. 143.

Permutatum cum regina Lydiæ habitū.) Omphalem intelligit, ut uidere est in epist. Deianiræ ad Herculem apud Ouidium.

Vt eum qui ex Thetide natus esset.) Achillem accipe ex Ouid. Metamorph.

Vt Homerus in Agamennone.) Iliad. 4.

Atq; Achille.) Iliad. 2.

Vt cum idem Tydea paruum, ſed bellatorem ſtrennuũ dicit fuiſſe.) Iliad.5.

Pag.144.

Sicut Menander.) Nam ei Philemon *prauis ſui temporis iudicijs ſæpe prælatus eſt,ut dicit cap.1.lib.10.*

Pag.145.

Pliſtinem impudicum.) Scribe Cliſthene m,*fuit enim cinæ dus,cuius meminerunt Syneſius,& Suidas, ex Sophocle.*

Marioq; Manlio,cuius prænomen.) Plinius Secundus lib. *de uiris illuſtribus dicit cognomẽ exemptum,ne quis poſt ea Ca pitolinus uocaretur.*

In muliere Samia.) *Cælius legit in matre ſua.*

Rapto uiuere quibuſdam honeſtum.) Lege Gell.*lib.9.cap.* 18.& Xenophontẽ *de repub.& legibus Lacedæmoniorum, & lib.4.de expeditione Cyri minoris.*

Pag.146.

Laudantur autem urbes ſimiliter atq; homines.) De *his ut de reliquis quæ laudari poßunt habes librũ* Menãdri Rhetoris.

Qualis Siciliæ apud Ciceronem.) In Verrem *act.4.*

Notauerit Cicero.) In Topicis.

Pag.147.ex cap.10.

*Interim eſt finitio apud Demoſthenem:*Det Haloneſum Phi= *lippus,an reddat.)* Hoc ei Aeſchines *obijcit:*Philippus,*inquit,* Haloneſum *nobis dabat,hic nõ accipere ſi daret,ſed ſi redderet, ſuadebat:de ſyllabis diſceptans.*Libanius *non putat eam oratio= nem eſſe* Demoſthenis,*quæ inſcribitur* περὶ τῆς ἀλοννήσου.

Apud Ciceronem in Philippicis,quid ſit tumultus.) Philip.8.

De ſtatua Seruij Sulpitij.) Philip.9.

Pag.149.

Deliberant P.C.*an ſtipendium militi conſtituant.)* Vide Li= *uium decad.1.lib.4.*

Pag.155.

Namq;

Namq; Aristoteles.) Rhet.3.

Pag.156.

Dicit tamẽ de suasoria idẽ hoc modo.) Est in partitionibus.

Pag.157.ex cap.11.

Vt Aristoteles.) Rhetoricorum.3.& in Rhet.ad Alexandrũ.

Pag.160.ex cap.13.

Cicero firmißimam argumentationem defensoris.) Rhet.1.
Et appositißimam.) In Cic.est,aptißimam.

Pag.161.

Qui Lusium Tribunum.) Plutarchus uocat C. Lucium. Valerius tit.de Pudicitia,Clusium.

EX LIBRO QVARTO.

Pag.164.ex prologo.

Sanctißimus Censor.) Sic Martialis lib.6. Domitianum uocat Censorem maximum.

Sed prouecti quoq; longius.) Vt Verg.Aeneid.7.9.& 10.

Pag.165.ex cap.1.

Quo à nostris modo initium significatur.) Scribe, quia: Nam per exordium, siue principium dicit solummodo initium significari.

Quæ antequàm legitimum certamen inchoent.) Carmen legendum, uel ex commentarijs in Hermogenem Græcis: Sicq; emẽdãdus Synesij locus pro Caluitio: Neq; inquit (de procemio suo loquẽs) more canentiũ qui fauoris gratia emerendi ante legitimum certamen chordas percurrũt. Nam quid certamini cum fidibus? Aristoteles Rhet.3. Procemium dicit principiũ orationis, sicut in poësi prologum, ἐν αὐλήσει προαύλιον.

Non est ut pleriq; crediderunt triplex ratio.) Scribe triplex tantum ratio.

Pag.166.

Si omnis in subeundo negotio suspicio sordiũ &c.) Sordes hic dicuntur auaritia, Græci λογολοκίαν appellant.

Pag.167.

Est enim nonnunquàm prauis hic ambitus.) Scribe, prauis iudicibus hic ambitus. Accipit autem hic ambitum pro aucupatione famæ.

Pag.169.

Casu lædi potest.) Aliàs, caussa dici postulet: & melius.

Vnde in Verrem.) Act.1.

Pag.172.

Vt Cicero dicit scire se mirari quosdam.) Act.1.

Pag.173.

Seipsam nimium exercere non debeat.) Scribe, exercere: id est, nudare, & manifestare, quod etiam Græci dicunt. ἐξέρειν.

Pag.174.

Ne in caput excreuisse uideatur.) id est ipsum principium uideatur maius reliqua oratione, Græci dicunt κεφαλαιοῦσθαι, id est fieri capitosum, siue crescere in caput, quod uidemus fieri in cæpis & allijs. Sicut σωματοῦσθαι, id est, corpulentum fieri, siue in corpus ire, ut loquitur. lib.2.

Pag.175.

Idem Cicero pro Scauro ambitus reo.) Orationẽ scripsisse se pro Scauro testatur Cic. in epist.

Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos Iudices negat.) Rhet.3.

Pag.176.

Exordium rei demonstrandæ gratia repetam , quod quæso Iud.) Pro Cluentio.

Pag.177. ex cap.2.

Oppidum est in Hellesponto Lampsacũ Iudices.) Pro Cluentio.

Vere nouo gelidus.) Georg.1.

Qualis

Qualis est Ciceronis de discursu amicorum.) Pro Roscio Amerino.

Nāq; cum propositione iudex crimen omne cognoscit.) Scribe, nanq; ex propositione.

Pag.179.

Vt in Verrem de L. Domitio.) Act. 7.
Vt describitur iter Verris.) Act. 3.
Rursus in Verrem de Proserpina.) Act. 6.

Pag.181.

Vt in armorum ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est.) Antiquior cura, id est, prior, potior, & anteuertenda, προυργιαιτέρα, καὶ πρεσβυτέρα φροντὶς, καὶ πλείστης ἐπιμελείας ἀξία.

Quanquam & Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, præceptum breuitatis irridens.) Rhet. 3.

Pag.183.

Quia non bona iudicant esse illa, sed uera.) Adde negationem, ut sit, sed nec uera.

Soluimus oram.) Scribe, ora, auferendi casu, pro ab ora, ut in præfatione uoluminis.

Pag.184.

Moritur Fulcinius.) Pro Cecinna.

Pag.185.

Omni culpa caret.) In Cice. pro caret, scriptum est, uacat.

Cum reus dicitur robustus, armatus, contra infirmos, inermes, securos.) Deest ea dictio quæ respōdet membro securos: quare adde, præparatus, aut quippiā tale. Nā lib. 5. cap. de argumentis, præparatis opponit, nec opinantes: id est, securos.

Pag.186.

Moratum cum dignitate.) Bene sic in partitionibus, nam in Topicis uitiose scriptum est moderatæ, pro moratæ: huiusmodi narrationē Græci uocant ἠθοποιὸν: id est, mores exprimentē.

Pag.193.

O mulieris scelus incredibile.) Pro Cluentio.

Facesq; ipsas nuptiales.) In Cice.est,illas.

M.quoq; Tullius contra Nauarchos.) Act.7.

Vt ad eas.) Coniunge,& scribe,adeas.

Cum C.Considio.) Scribe,cum consule C.Considio.

Pag.194.

An non M.Tullius circa uerbera ciuis Rom.) Act.7.

Quid Philodami casum?) Act.3.

Pag.195.

Nubit genero socrus.) Pro Cluentio.

Pag.197.

His rebus ita gestis.) Pro Cecinna.

Pag.198.

Siciliæ laus.) Act.4.

Proserpinæ raptus.) Act.6.

Pag.204.ex cap.5.

Cicero leuiter eludit.) Act.1.

EX LIBRO QVIN TO.

Pag.206.ex cap.1.

Ab Aristotele tradita.) Rhet.1.

Pag.207.ex cap.2.

Iam præiudiciorum uis omnis.) Præiudicium dicit Asconius Pædianus rem, quæ cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod sequantur.

Qualia in Oppiacum facta.) Pro Cluentio.

De partibus Centũuiralium quæ in duas hastas diuisæ sunt.) Corn.Vitellius interpretatur in duas hastas:id est,in bis centum iudi

iudices: nam centumuiri cum iudicassent, si prouocabatur, prætor ex decurijs iudicum alios centum eligebat, à quibus prouocare non licebat. Dicebatur autem *hasta centumuiralis, quod posita in suo foro hasta iudicabant.*

Pag. 208. ex cap. 3.

Famam atq; rumores pars altera.) Miror Mancinellum *ex hoc capite differentiam inter rumorem, & famam ratiocinari: cum tantum dicat* Quint. *quid pro rumore siue fama, quid item contrà dici poßit: neq; etiam patiatur ipsa constructio.* Rumor *igitur* Latinum *est, fama planè* Græcum. Qui *pro rumore dicturus est consensum ciuitatis &c. dicet esse.* Qui *contra sermonem sine certo autore dispersum.*

Ex *cap. 4.*

Sicut in tormentis quoq;.) De *quæstione siue tormẽtis habes apud* Aristotelem *in* Rhet. *ad* Alexandrum, *& apud* Cice. *in* Partitionibus. Vide *etiam cap. 4. lib. 8.* Valer. Maximi.

Pag. 209. ex cap. 6.

Iusiurandum litigatores aut offerunt suum.) De *iureiurãdo lege quæ sunt apud* Aristotelem *in* Rhet. *ad* Alexand.

Qui deos habere rerum humanarum curam negarent.) Cuiusmodi Epicurus. Vide Cice. *de* Natu. *deorum lib. 1.*

Pag. 214. ex cap. 7.

Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est.) Et *de testibus, uide item apud* Arist. *eodem libro, &* Cice. *in* Partitionibus, & Valer. *lib. 8. cap. 5.*

Si humilitas.) Iulius Paulus *receptarũ sententiarũ lib. 5. tit. de testibus dicit, in teste & uitæ qualitatẽ expectari debere, & dignitatem: ubi fortasse pro expectari, legendum, spectari.*

Si amicitia accusatoris.) Idem Iulius Paulus: Veritatis *testimonium neceßitudo personarum plerunq; corrumpit.*

Quod interrogantis non leue frigus est.) Id *est, ineptia, & absurditas, ut* Græcis ψυχρότης, *qua in significatione utitur*

utitur & lib.6.& alibi.

Pag.215.ex cap.8.

Quam hi qui traduntur à poëtis gustu cuiusdam apud Lotophagos graminis.) De his Homerus Odysseæ.9.

Et Sirenum cantu deliniti.) Sirenum cantum ex Homero tralatum habes apud Cice.de finibus lib.5.

Pag.218.ex cap.9.

Aut fortaſſe corpus uulſum.) Qui delicatiores erant utebantur psilotro unguento depilatorio, aut uolſella forficula ad uellendos è corpore pilos apta, Græcis uocatur μαδιστήριον, siue τριχολάβις.

Vento rubet aurea Phœbe.) Georg.1.

Vt idem poëta colligit.) Eodem libro.

Pag.219.ex cap.10.

Et ideo illud Cornificius contrariũ appellat.) Est in Rhet. ad Herennium 4.

Cicero melius ratiocinatiuum.) Rhet.1. Sed ſcribe hic, ratiocinationem, pro rationatiuum.

Nam & ſtatũ ſyllogiſticum ratiocinatiuũ appellat.) Eodẽ lib.

Pag.220.

Argumentum ingens.) Aeneid.7.

Pag.222.

Nam ut in terra non omni.) Verg.Georg.2.

Nec uero terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Nec Elopen noſtro mari aut ſcarum ducas.) Vide Plinium.

Pag.223.

Nam & illud apud Euripidem.) In Phœniſſis.

Qua Cice.in Verrem non ſemel uſus eſt.) Act.1.& 3.

Quorum materiam ὕλιν alij.) Scribe, ὕλην.

Pag.226.

Ille in equis.) In Cice.eſt in equo.

Pag.227.

Vt aſſiduum ab ære dando.) In Topicis.

Et locupletem à locorum copia.) Plinius lib.18.
Pecuniosum à pecorũ copia.) Plin.lib.33.& Columella lib.7.

Pag.228.

Cicero genus & speciem.) In Topicis.
Diuisione autem adiuuari finitionem docet.) Eodem libro.

Pag.229.

Neq; erit tam inimicus Cluentio.) In Cicerone est iniquus.
Si corruptum est illud iudicium.) In Cice.est.Si cõstat corruptum esse.

Pag.230.

Si fidem debet tutor.) In Topicis.
Si finem prætoris edicto.) In Verrem act.3.

Pag.231.

Cicero ex rebus sub eandem rationem uenientibus.) Rhet.1.
Si portorium Rhodijs locare.) Eodem lib.
Vtinã ne in nemore Pelio.) Versus Ennij.Rhet.ad Herẽ.2.& apud Cice.Rhet.1.& in Top.& lib.de fato.
Si imperasses tibi.) Versus puto ex Accij Philocteta.

Pag.232.

Nisi eo Cicero uteretur.) In Topicis.
Si furem nocturnum occidere licet.) Ad legem Aquiliam ff.l.itaq;.§.lex.
Si domus ædificari sine ratione non potest.) Aliàs,gubernari.

Pag.233.

Qui exercitus armatos mouet, is adnotationẽ &c.) In Cice.pro qui & is,scriptum est quod & id.
Si me uillicus tuus solus deiecisset,si uero ne habeas &c.) Locus integer non est,quare scribe:Si me uillicus tuus solus deiecisset,non familia deiecisset,ut opinor, sed aliquis de familia. Si uero ne habeas &c.

Pag.234.

Si Catilina cum suo nefario.) Scribe, Si L. Catilina &c. est

autem

autem in oratione pro Murena.

Pag.235.

P.Popilium & Tiberium Guttam.) Scribe Titum Guttam.

Pag.238.ex cap.11.

Ne uidear repugnare Ciceroni.) Rhet.1.

Pag.239.

Tibicines cum ab urbe discesßissent.) Vide Valeriũ lib.2. tit.de institutis antiquis.

Altero improbißimo altero modestißimo.) Scribe ex Cice. Altero improbißimo,atq; audacißimo,altero modestißimo.

Pag.240.

Occidi non Spuriũ Melium,qui annona leuanda, iacturaq; rei familiaris,quia nimis amplecti plebem uidebatur.) In Cicerone pro Milone est,Occidi occidi non Spurium Melium qui annona leuanda, iacturisq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur.

Cum patriam periculo liberasset cuius nefandum adulteriũ in puluinaribus.) Scribe ex Cice. Cum patriam periculo suo liberasset,cuius nefarium &c.

Pag.241.

Primus autor Hesiodus.) Vide Augustinum lib.1. de Concordia.

Et Horatius.) Epistola 1.lib.1.

Qui accipere in campo consueuerunt.) Pro Cluentio.

Cicero collationem uocat.) Rhet.1.

Pag.242.

Vt corpora nostra sine mente.) Pro Cluentio.

Quod Cicero his uerbis transfert.) Rhet.1.

Pag.243.

Non ouum ouo tam simile.) Plautus in Captiuis.

Vt canibus catulos, & matribus hœdos.) Ex Aeglog.1. Vergil.

Pag.

Pag.244.

Victos Homeri uersu.) Iliad.1. *in catalogo nauium.* Vide *Plutarchum in uita* Solonis, & Eusthathium Homeri interpretem.

Vbi amici ibi opes.) Plautus in Trucul.

Et *apud* Cice. *pares autem cum paribus.)* Lib.de Senectute.

Pag.245.

Vt *Socratem esse sapientissimum.)* Vide Platonem, & Xenophontem *in Apologijs pro Socrate,* & Cice. Acad. Quæst.1.

Propter quod fuerunt qui exempla.) Cic.in Topicis.

Pag.246.ex cap.12.

Atq; Aristoteles.) Rhet.2.in principio.

Inde enim illa nobilis Scauri defensio.) Vide Valer. lib.3. tit.de fiducia sui.

Pag.247.

Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur.) Meminit Aristoteles Rhet.2.

Vt *Homerica dispositione.)* Iliad.4.

Pag.248.

Non *alio mediusfidius uitio dicentium.)* Aliàs,docentium.

Vt Bagoam.) De Bagoa Plutarchus in uita Alexādri,sed & Bagous:id est,spado Babilonicis, autore Plinio lib.13.cap.4.Bagoæ cuiusdam,qui ea specie esset,ut Eunuchus uideretur, meminit Lucianus in Eunucho,siue Pamphilo.

Aut Megabyzum.) Megabyzus sacerdos Dianæ Eunuchus,de quo Plinius lib.25.

Pag.250.

Quid aliud egimus Tubero.) Pro Ligar.

Pag.252.

Ipsum Cicero ut pro se uideretur effecit.) In Verrem act.1.

Pag.253.

Vt Cicero Cornelio.) *Scribe,pro Cornel.*

Apud

Apud exercitum mihi fueris.) Pro Mure.

Pag.254.

Sed tu Acci.) In Cice.est Acti.

Ipsum enim Egnatium.) Scribe, Ipsum enim Cn. Egnatium.

Pag.255.

Qualis in Rullum fuit.) Oratione in P.Seruilium Rullum.

Qualis in Pisonem.) Oratione in L.Pisonem.

Qualis in Antonium est.) Philip.2.& 3.

Vt aduersus Quintium.) Pro Cluentio.

Pag.259.ex cap.14.

Quem igitur cum aliqua gratia.) Scribe, cũ omnium gratia.

Quem iure, quẽ loco, quẽ tempore, nõ est ausus.) Deest, quẽ impune: Vt sit, quẽ tempore, quem impune. Sequitur enim, quẽ cum periculo capitis non dubitauit occidere.

Quale est Demosthenis.) Contra Aristocratem.

Cicero maxime quinq; defendit.) Rhet.1.

Pag.260.

Sumamus autem ex Cice.) Rhet.1.

Huius aßumptionis quarto in loco iam porrò inducunt approbationem.) Scribe, aliam porrò inducunt &c.

Pag.262.

Silent leges inter arma.) Pro Milone.

Pag.264.

Quem mater amictum dedit.) Vide prouerbium.

Nisi forte existimamus Ciceronem.) Pro Milone est, quod sequitur.

EX LIBRO SEXTO.

Pag.267.ex Procemio.

Celerius occidere festinatam maturitatem.) Hoc Plinius lib.7.

Pag.

Pag.269.ex cap.1.

Quia Athenis affectus mouere &c.) Id apud Areopagitas. Vide Aristotelem Rhet. 1. & Lucianum in Anacharse, & in Hermotimo.

Pag.271.

Vt Demosthenes ex parte percußi corporis.) In oratione περὶ κονδύλε. uide ff. de pœnis. §. qualitate. l. aut facta.

Pag.272.

O' me miserum, ò te infelicē.) In Cicerone, & apud Quintil. lib. 2. cap. de Pronuntiatione est, ò me infelicem.

Nudæ tantum res mouent.) Scribe mutæ, pro nudæ.

Nihil facilius quàm lachrymas &c.) Cic. Rhet. 1. & Part. oratoria.

Pag.275.ex cap.2.

Contra Cepasios Ciceronis fabula.) Pro Cluentio.

Pag.276.

Nam & Philodamo.) Act. 3.

Et Nauarchis & cruciatis ciuibus Rom.) Act. 7.

Pag.278.ex cap.3.

Sicut amantes de forma iudicare non poßunt.) Theocritus εἰδυλλίῳ. 6. ἦ γὰρ ἔρωτι πολλάκις ὦ πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Et Plato de Legibus. 3. τυφλοῦται ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον. Item Propertius lib. 2. Scilicet insano nemo in amore uidet.

Pag.282.

Spes inanes, & uelut somnia quædam uigilantium.) Plato subinde dicit, ἐγρηγορότων ὀνείρους esse: id est, uigilantiū somnia.

Ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio, & euidētia nominatur.) De Orat. 3. & Acad. quæst. 4.

Excußi manibus radij, reuolutaq; pensa. Leuiq; patens &c.) Adde coniunctionem, & : id est, Et leuiq; patens. Nam illud Aeneid. 9. hoc Aeneid. 10.

Et equus ille in funere Pallantis positis insignibus.) Locus

integer non est, quare sic corrige: Et equus ille, positis qui insignibus, It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora. Est autem ex Aeneid. 11.

Et dulcis moriens reminiscitur Argos.) Aeneid. 10.

Pag. 284.

Qui tres hac de re libros edidit.) Meminit Macrob. Saturn. lib. 2, cap. 1.

Habet enim, ut Cicero dicit.) De Orat. 2.

Documento sunt iuuenes Tarentini.) Vide Valerium libro 5. tit. 1.

Pag. 285.

Nam & Cicero omne quod salsum sit, ait esse Atticorum.) In Oratore.

Non quia sunt maxime ad risum compositi.) Expunge negationem, non.

Pag. 286.

Et Catullus cum dicit.) Epigrammate de Quintia.

Hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum.) Scribe, Nō dicit.

Cum illo Horatiano Molle, atq; facetum Vergilio.) Hora. serm. 1. Saty. 10.

Et ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda.) De Orat. 2.

Pag. 287.

Vt in illa pixide Cæliana.) Pro Cælio.

Pag. 288.

Contra quem iudicio liberali aderat.) Tit. est cod. Theodosiani lib. 4. de causa liberali, & Iulij Pauli sententiarum receptarum lib. 5.

Neq; enim numerosi minus sunt loci.) Ex lib. 2. de Orat. Cice.

Pag. 289.

Vt fecit C. Iulius.) Ex Cicerone de Orat. 2. Miror Pliniū

lib.

lib.35.cap.4.ad Craßum retulisse.

Helnio mancipe.) *Scribe,Helmio Manciæ.*

Cui manceps tum similimus esset uisus.) *Scribe,Cui Mancia.*

Nam & à Cicerone sic est Fabritij fuga illa condita.) Pro Cluentio.

Nam cum Brutus in accusatione C.Planci) *Scribe Cn. id est,Gneij:non,C.id est,Caij.*

Pag.290.

Te nobis uarium reliquit.) *Varium dixit, quia cæsus flagris à patre consul Isauricus dicebatur, ut antea retulit, non quia uaris:id est,maculis distinctus esset,ut paßim omnes interpretati sunt.*

Vt Nero de seruo peßimo dixit.) Cic.de Orat.2.

Nihil ei neq; inclusum, neq; signatum esse.) In Cicerone est, *obsignatum.*

Pag.291.

Afer enim uenuste Manlium Suram.) *Meminit etiam lib.11. cap.de pronuntiatione.*

Modo futurum ut omnia uerteret.) Lege,*uerreret.*

Modo Herculi quem expilauerat.) In Verrem Act.6.

Modo malum sacerdotem.) *Act.3. Sacerdos enim nomen proprium prætoris,cui in Sicilia successerat Verres.*

Qui Lentulum Spinterem, & Scipionem Serapionem esse dixerunt.) Vide Plinium lib.7.cap.12.& Valerium lib.9. tit. 15.& Cice.epist. ad Atticum 6.

Pag.292.

Cuius generis est id Augusti.) *Est etiam apud Macrobiū, lib.2.Saturnal.*

Tanquam assem elephanto des.) *Asses:id est,nūmulos dari elephantis solitos scribit Plinius.*

Tu enim,inquit,non times ne locum perdas.) *Melius si legas,tu omnium non times.*

Neq; enim eodē modo dixit Augustus.) Refertur à Macrob.

Pag. 293.

Cum ei nunciatum esset aliquando desinet putere.) Scribe, cum ei renunciatum esset: id est, cum passus esset in magistratu petendo repulsam: aliquando desinet pluere: id est, fortuna desinet mihi aduersari: nam id etiam significat pluere, ut Græcis suum ὕειν.

Quale refert Cicero de homine prælongo.) De Orat. 2.

Caput cū ad fornicem Fabij offendisse.) Fabij fornix, autore Asconio, arcus erat iuxta regiam in sacra uia, à Q. Fabio Allobrogo Censore constructus, ibiq; eius arma posita meminit Cice. in Verrem act. 2. & pro Cn. Plancio.

Qua Iulius dixit ferrum Accium nauium incidisse.) Ante annos aliquot admonuimus Badium nostrum, legendum esse in hunc modum: Qua Tullius, aut Liuius dixit, ferro Acciū Nauium cotem incidisse: nam id refert Cice. lib. de Diuinat. 2. Liuius item.

Pag. 295.

Si hoc ita est, is in exilium: si non est ita, redis inquit.) Scribe: Si non est ita redeo: est enim responsio.

Dicente quodam uictoriato &c.) Victoriatum dicit Volusius Metianus lib. de Asse, tantum ualere quantum quinariū: id est, dimidiū denarij, siue quinq; asses. meminit Plinius lib. 33. cap. 3. & Cice. pro Fonteio.

Vt Catulus dicenti Philippo, quid latras.) Cic. de Orat. 2.

Quod refert Cicero quid huic abest, nisi res & uirtus.) De Orat. 2.

Pag. 296.

Simulauit Afer cum in causa subinde dicentibus Celsinam dicere cognouisset, quæ erat potens fœmina.) Sic emenda hunc locum: Simulauit Afer, sequitur parēthesis. (cum in causa subinde dicentibus Celsinam dicere.) finis parenthesis, cognouisset

uiſſet quòd erat potens fœmina.

Vt Caßellio cum conſultori dicenti, nauem diuidere uolo.) Meminit etiam Macrob.

Quale illud apud Ciceronem, quereti, quod uxor ſua &c.) De Orat. 2.

Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte aduſti eſſent, & uerſati.) Et hic admonui Badium legendum: Adeſti, uel adeſi, ab adedo: non aduſti: id quod oſtendit, quod ſequitur: Alij ſubcœnant, nam pars altera piſcium comeſta erat, ſed ijdem facete uerſati erant.

Pag. 297.

Adiuuant urbanitatem & uerſus commode poſiti.) Vide Cice. de Orat. 2.

Seu fictis notis uerſibus.) Scribe nouis uerſibus. Cic. enim dicit, uerſum facete interponi, uel ut eſt, uel paululũ immutatũ, uel aliquam partem uerſus. Addit & Quintil. poſſe à nobis fingi nouos: id eſt, aßumptos ex alijs autoribus. Obiter emendabis locum Cice. de Orat. 2. de uerſibus interpoſitis, cũ paßim in codicibus omnibus legatur. Si tacete: Scribe, St: eſt enim apud Terentium in Phormione, St, index ſilentij. Eum locum Cice. à nobis animaduerſum poſtea emendauit Badius.

Pag. 298.

Tollat te qui non nouit.) De Plano quodam, apud Horatium epiſt. 1. ad Sæuam.

Pag. 299.

Quod Attico ſcripſit de Pompeio, & Cæſare, habeo quẽ fugiam, quemq; ſequar non habeo). Epiſt. ad Atticũ 8. Meminit etiam Plutarchus, in Apopthegmatis, & Macrob. lib. 2.

Neq; grauem mortem accidere uiro forti poſſe.) Oratione in Catilinam 4.

Pag. 300.

Ingeniũ eũ in numerato habere.) Hoc Auguſtus de Venutio:

Vide Senecã in declamationibus. Alij tamen scribunt Vincium.

Etiã Pompeij *quod refert* Marsus *in Ciceronẽ diffidentẽ partibus.* Trãsi *ad Cæsarẽ, me timebis.*) *Refertur etiã à* Macrobio.

Quod *Cicero Coreliæ scripsit.*) Nusquam *apud Ciceronem* Coreliam *legi*, Cereliæ *meminit lib. epist.* 13.

Hæc aut animo Catonis *ferenda sunt, aut* Ciceronis *stomacho.*) Cato *fortunæ impatiens mortem sibi consciuit*: Cicero *autem tempori seruiuit.*

Pag. 302. ex cap. 5.

Nullus enim rationi magis obstat affectus.) Cice. Tuscula. *quæst.* 4. *Iratos proprie dicimus de potestate exisse: id est, de consilio, de ratione, de mente.*

Pag. 304. ex cap. 6.

Fuerunt qui iudicium inuentioni subiungerent.) Cic. Rhet. 1.

Pag. 305.

Laudatur consilium Demosthenis. Quod *cum suaderet bellum* Atheniensibus.) Olynthiaca. 2.

Idem cum offensam uereretur.) Olynthiaca. 3.

EX LIBRO SEPTIMO.

Pag. 306. ex cap. 1.

Neq; enim quanquam fusis omnibus membris statua sit nisi collocetur.) *Scribe collocentur: id est, nisi committantur.*

Pag. 307.

Sit igitur ut supra significaui.) Lib. 5. cap. 10.

Deniq; *in accusatione mutua.*) E*a dicitur* Græcis ἀντικατηγορία, *quasi dicas, recriminationem, de qua lib.* 3. *cap.* 12. & *huius lib. cap.* 2. Cui *non absimile quod* ἀντέγκλημα *dicitur.* Cum *omnis nostra defensio constat eius accusatione qui uindicatur, ut paulò pòst cap.* 5. *dicet.*

Quæ θέματα Græci *uocant*, Cicero *proposita.*) In Topicis.

Pag.

Pag.308.

Exul enim eras & ignominiosus.) Vide ff. de his qui notantur infamia.

Pag.309.

Vt pater qui expositum agnouerit.) Qui infantes abiecti sunt, ut pereant, dicuntur à Græcis ἔκθετοι, à Latinis expositi, de quibus lib. 8. codicis.

Qui expositũ recepit.) De expositis titulus est cod. Theodosiani lib. 5.

Pag.310.

Procurator aliquis.) Vlpianus ff. de procurat. & defens. dicit procuratorem esse, qui aliena negotia mandato domini administrat.

Deliberat Numa, an regnũ offerentibus Romanis recipiat.) Romulo mortuo, cum in urbe Rom. nullus ad regnum idoneus uideretur, rogatus per legatos, agens apud Cures Sabinorum ciuitatem Pompilius, imperium accepit, & Numa, ab editis legibus dictus est.

Pag.311.

Aut præuaricatione.) Præuaricatio Græcis dicitur καθυφέσις. Præuaricatorem esse qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua, autor est Vlpianus ff. de his qui notantur infamia.

Pag.312.

Vel nouißime sorte dijudicatur.) Antiqui (ut refert Seruius in illud Verg. Aeneid. 6. Nec uero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.) non audiebant causas nisi sorte ordinatas. Nam tempore quo agebantur causæ conueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinem capiebant, quo post diem trigesimum suas causas exequebantur.

Pag.313.

Hæc uelut innatantia uidebuntur.) Innatantia dixit pro manifestis more Græcorum, qui ἐπιπολάζοντα dicunt,

& ἐπιπολάζειν.

Pag.314.

Vt ait Cicero tibicinis Latini modo.) Pro Murena. Transire autem ad disertum tibicinis Latini modo est, inuentis probationibus pro rustico, inuenire itẽ quid pro diserto dici queat.

Pag.317.ex cap.2.

An atomorum concursu mundus sit effectus.) Opinio Democriti, & Epicuri.

An mundus prouidentia regatur.) Id Cice. asserit de Natu. deorum lib. 2.

An sit aliquando casurus.) Mundum sempiternũ esse Plato dixit, aut Cice. de Natur. deorum 1. Sed quibus argumentis probari posśit æternum non esse, uide apud Macrobium somnij Scip. lib. 2. cap. 10.

Quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint.) Numerus non idem est apud Daretem Phrygium: nam dicit sexaginta duces, qui adduxere naues numero M.C.XL. Vide etiã Dictyn Cretensem.

Vt est quæsitum contra Vrbiniæ hæredes, si is qui tanquã filius petebat bona, Figulus esset, an Sosipater.) Scribe, Clusinius Figulus, an Sosipater.

Pag.318.

An sol maior quàm terra.) Eratosthenes, ut est apud Macrob. somnij Scip. lib. 1. cap. 20. In dimensionum libris dicit, mẽsuram terræ septies & uicies multiplicatam mensuram solis effi cere. Sed de sole, luna, & mundo, uide Plutarchum lib. de Placitis Philosophorum.

Pag.319.

Refert enim conuiuium præcesserit, an tristitia: Labor an otium.) Membrum deest, id quod refertur ad tristitiã. Quare scribe: Refert enim conuiuium præcesserit lætitia, an tristitia. Est enim lætitia, ut dicit Cice. Tusculan. 4. sine ratione animi elatio

elatio, cum scilicet inaniter, & effusè animus exultat.

Pag. 325.

De quibus tractatum est.) Lib. 5. cap. 5.

Pag. 327. ex cap. 3.

Finitio igitur est rei propositæ propria, & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enunciatio.) Cic. lib. de Orat. 1. in hunc modum finit: Diffinitio est earum rerum quæ sunt eius rei propriæ, quam diffinire uelis, breuis & circunscripta quædam explicatio. In Topicis uero in hũc modum: Diffinitio est oratio, quæ id quod diffinitur explicat quid sit.

Sicut dictum est.) Cap. 10. lib. 5.

Sicut Epicurus qui humanam ei formam, locumq; inter mundos dedit.) Vide Cic. de Natura deorum. 1.

Pag. 328.

Dicit finitionem esse de eodem & altero.) In Topicis.

De quo postea dicam.) Huius lib. cap. 9.

Quid sit clarigatio.) Clarigare dicebantur legati, cum ad hostes missi res raptas clara uoce repetebant: unde clarigatio, Græcis ἀνδροληψία.

Quid sit penus.) Penus est quicquid esu, potuq; continetur. ff. de penu legata. L. Qui penum.

Quid littus.) Littus est quousq; maximus fluctus hybernus à mari peruenit. L. fluctus. ff. de uerborum significationibus.

Pag. 329.

Tota caussa cecidisse uideatur.) Quid sit caussa cadere docet Iulius Paulus sententiarum receptarum lib. 1. tit. de plus petendo: Caussa, inquit, cadimus, aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate: Loco, alibi: Summa, si plus quàm damus, petimus: Tempore, repetendo autem tempus: Qualitate eiusdem speciei rem meliorem postulantes. Habes etiam tit. Cod. lib. 3. de plus petitionibus.

Vt Cicero in Philippicis Ser. Sulpitium occisum.) Philip. 9.

Pag. 330.

Quid enim est aliud tumultus &c.) Cic. Philipp. 8.

Pag. 331.

Addictus recepta libertate est ingenuus.) *Addicti dicebantur, quos ob æs alienum creditoribus domum in temporariam seruitutẽ ducere per* Prætorẽ *licebat:*Eos *Græci* ἀγωγίμους *uocãt.*

Vt antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit.) Eo *genere dicendi usus etiam* Cicero *in* Topicis, *&* pro *Murena.*

Quas Cicero *dicit proprias esse finitiones.)* Hoc Cic. *in* Topic. *Scribe autẽ finitionis, casu genitiuo: Sunt enim loci quæstionis de eodem & altero.*

De *quorum argumentorum natura dictum est.)* Lib. 5. cap. 10.

Pag. 332.

Sed credulitas senis.) *Scribe cruditas, id est,* ἀπεψία, Cuius *signa sunt, inquit* Columella *lib. 7. crebri ructus, uentris sonitus, fastidia cibi.*

Vt Cic. *dicit maiestas est in imperio.)* Cic. in Partitione Orat.

Pag. 334. *ex cap. 4.*

Ex*cæcatus sed raptor.)* *Aliàs, exectus: id est, cui uirilia abscissa sunt.* Apud Aegyptios *ij qui mulierem liberam uiolasset, uirilia ei execabantur.*

Pag. 338.

In *quo genere* Cicero *quidem &c.)* Act. 1.

Pag. 339.

An Thra*sybulo triginta præmia debeantur.)* Thrasybulus Athenas *à tyrannis triginta oppressas liberauit.*

Pag. 340. *ex cap. 5.*

Ac *fuerunt qui præscriptionis statum facerent.)* Præscriptionem *uocat quam lib. 3. translationem appellauit.*

Pag. 342. *ex cap. 6.*

Vt *in iudicio* Curiano.) Cic. *meminit de* Orat. 2.

Pag.

Pag.344.ex cap.8.

Sæpe separanti amatorium dedit.) Aliàs, *secubanti*: quo uerbo utitur Liuius,Ouid.& Propert.

Amatorium dedit.) Amatorium, quod Græcis philtron dicitur,medicamentũ est ad amorem inducens,aut eundẽ retinens.

Pag.345.ex cap.9.

Inde αὐλητρὶς illa uulgata.) Laërtius refert in uita Zenonis.

Aio te Aeacida Romanos uincere posse.) Versus Ennij apud Cic.de Diuina.2.

Lora tenens tamen.) Aeneid.1.

Pag.346.

Hæres meus uxori meæ damnas esto.) Damnas uerbum est iurisconsultorum,pro damnatus, quo utitur Iustinianus Inst.de legatis.§.Tam autem.Sed & in Pandectis tit. eodem,ne putemus tot loca mendosa esse.

In quod genus incidit Cicero.) In Bruto:quanquàm immerito notatus Cic.à Quintil.

Pag.348.ex cap.10.

Quæq; uerè dicitur Oeconomica totius caussæ dispositio.) Victorinus lib.Rhet.ad Silonem Oeconomiam dicit artificialem dispositionem. Martianus Capella dispensationem uocat.

EX LIBRO OCTAVO.

Pag.352.ex Procemio.

Nam & M.Antonius &c.) Hoc apud Ciceronem dicit de Orat.1.& refertur etiam in libro de Orat.

Et M.Tullius inuentionem quidem.) In Orat.

Pag.353.

At muliebris,te luxuriosus nõ corpus exornat.) Vnde Ouid. 1.de Arte amandi:Forma uiros neglecta decet.Et Phædra Hippolito:Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti,Siue cœli

modico

modico forma uirilis amat.

Atq; satis aperte Cicero præceperat in dicẽdo uitium &c.) In prologo Orat.

Pag.356.ex cap.2.

Tantum sperare dolorem.) Aeneid.4.

Vt lapidare quid sit manifestum.) Græci dicunt λιθάζειν, siue λιθοβολεῖν. À lapido lapidationẽ dixit Cicero Act.6.in Verrem, & pro P.Sylla.

Vt uortex est cõtorta in se aqua.) Sosipater Carisius uorticem à uorando: uerticem à uertendo dicta putat.

Vt carmen funebre proprie nænia.) Næniam Diomedes apud Romanos id carmen esse ait, quod cum lamentatione extremum atq; ultimum mortuo adcanitur.

Vt urbem Rom. accipimus.) Quemadmodum Græci ἄστυ, unde & astuti, Athenas accipiunt: ita Romani urbem, Romam, unde & urbani dicti. Vnde illud Verg. Aeglo.1. Vrbem quam dicunt Romam Melibœe &c.

Et Corinthia æra.) Vide Plinium lib.34.cap.2.

Pag.357.

Vt Verg. deductum carmen.) Aeglo.6. Macrob. Saturnalium.6. deductum interpretatur tenue, & subtile.

Atabulus uentus.) Hic propius est Apuliæ, de quo Plinius lib.17.cap.24. Seneca.4. Quæstionum naturalium. Horatius.1. Serm. Gellius lib.2.cap.22.

Et nauis saccaria.) À saccis, unde saccariam facere dixit Aupleius.1.de Asino. Vlpianus.ff.de extraord. crimi. sacculariosdicit, qui uetitas in sacculis artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt.

Et in malacho sanum.) Quid si legas, & maltha pro insano. Lucilius apud Nonium Marcellum, Insanum uocant quam maltham. Aliter Hermolaus, & Cælius.

Saxa uocant Itali.) Aeneid.1.

Pag.

Pag.358.

Nam Verg.illo loco quo pullum equinum describit.) Georg.3.

Et qui suos artus morsu lacerasse fingitur,in scholis supra se cubasse.) Sic lege:Et qui suos artus morsu lacerasset,fingitur in scholis supra se cubasse.

Pag.359.

Diximus in præceptis narrationis.) Lib.4.

Pag.360.ex cap.3.

Aristoteles quoq; eandem petendã.) Maxime putat Rhet. ad Theodecten, & ad Alexandrum.

Sterilem platanum.) Verg Georg.2.steriles platanos uocat.

Quam maritam ulmum.) Maritam appellant,quia ulmis uites adiunguntur,ut docet Verg.in Georg.

Pag.361.

Quid enim illo quincunce speciosius.) Quincunx dicitur spatium quinq; unciarum siue pedum, quod inter arbores siue uites serendas relinquitur. Quincuncis meminit Xenophon in Oeconomico,Cic.de Senectute.Vergil.in Georg.Columella lib. 4.& Plinius.

At ubi res agitur,& uera dimicatio est, ultimus sit famæ locus, præterea non debet quisquàm.) Scribe, propterea,non præterea.

An mancipij redhibitione sudare.)Scribe aut in mancipij redhibitione,Quid sit autem redhibere habes. L. redhibere. ff.de ædilit.edicto.

Pag.362.

Sed cum idem frequentißime plura significet.) Lege significent,neq; enim idem casus est nominatiui.

Iam sunt alia alijs honestiora sublimiora.) Vide Cic. in Partitionibus.

Cæsa iungebant fœdera porca.) Aeneid.8.

At Vergilij miramur illud,sæpe exiguus mus.) Georg.1.

Pag.

Pag. 363.

Nascetur ridiculus mus.) Horatius in Arte poëtica.

Caput opponis cuneo comiscans.) Scribe cum eo coniscans, quod solent arietes, cum frontem fronti opponunt.

Qualis est apud M. Tullium Pusio, qui cum maiore sorore cubitabat.) In Cicerone est pro Cælio, cubitauit.

Et Flauius qui cornicum oculos confixit.) Scribe & Cn. Flauius: est autem pro Murena. Cornicum autem oculos configere, est uafros homines calliditate superare.

Et Erutius Antoniaster.) Cicero pro Vareno, aut Prisciano: nam ea oratio non extat.

Namq; & sanctiorem, & magis admirabilem facit orationem quibus &c.) Scribe faciunt.

Olli enim.) Aeneid. 1. & alibi frequenter.

Et quia nam.) Aeneid. 5. Non placet quod Iouianus Pontanus legit quinam dissyllabum, Vide eius dialogum Actium.

Et pone.) Aeneid. 2.

Aerumnas quid opus est, tanquam parum sit si dicatur, quòd horridum reor tolerabile auctumo.) Corrige in hunc modum: Aerumnas quid opus est, tanquàm parum sit si dicatur labor horridum reor &c. Ita ut legam facit Cic. 2. de finibus: Maiores inquit labores non fugiendos, tristissimo tamen uerbo ærumnas etiam, ut uideo, nominauerunt: quare hic pro, quod re posui, labor.

Horridum reor.) Cic. 3. de Orat. reor, & prolem, inter poëtica ponit.

Emancipare, & fari, & multa alia, etiam audientibus grata inseri possunt.) in 3. de Oratore est nuncupari, & effari.

Pag. 364.

Corinthiorum amator iste uerborum.) Epigramma

hoc, est in Priapeia in hunc modum: nam diuersum est aliquantum.

Hormethiorum amator iste uerborum,
Iste iste Rhetor, namq; quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticæ febris.
Tau Gallicum imminet ipse male illisit,
Ista omnia uerba ista miscuit, fratri.

Quanquàm in alio exemplari pro imminet est spinæ.

Germanum Cimber occidit.) Cic.Philipp.11.

Et sanè eiusdem notæ est examinat.) Scribe examinat, ab animo, Sicut Ennius dixit apud Cic. 3.de Orat. & 4. Tuscul. Expectoro, à pectore.

Qualia apud Ciceronem beatitas, & beatitudo.) De Natura deorum.lib.1.

Vt à Cicerone subuculatum.) Scribe, Sullaturit. Est autem epist.ad Atticum.9.

Et ab Asinio frimbriatum, & figulatum.) Forte fimbriaturit, & figulaturit: illud à Fimbria consulari, cuius meminit Cicero officiorum 3. & pro Roscio Amerino: hoc autem à figulo.

A plurima à Sergio Flauioq;.) Expunge coniunctionem que, ut sit à Sergio Flauio, de quo libro 2. cap. 15. & libro.3. cap.7.

Pag.365.

Piraticam quoque ut musicam, & fabricam dici adhuc dubitant mei præceptores.) Cicero in Oratione quam habuit post reditum suum, dixit, piraticam facere.

Et ad Appium Pulchrum.) Epist.famil.3.

Idem putat à Terentio primum dictum obsequium.) In

Lælio.

Lælio, siue de amicitia: Terentius autem dixit in Andria.

Alia ut dicit Cicero natiua.) In Partitionibus.

Et si quid periculosius finxisse uidebimur, quibusdam remedijs præmuniendum est.) Cic. de Orat. 3. Atq; etiam si uereare ne paulo durior translatio esse uideatur, molliendi est præpositio sæpe uerbo &c.

Quod uiderint qui non putant esse uitanda, quia nec sit uox ulla natura turpis.) Hoc Stoici, ut dicit Cicero epist. famil. 9. ad Pætum.

Pag. 366.

Probabile autem id Cic. dicit &c.) In Partitionibus.

Itaq; uult esse autoritatem in uerbis.) Scribe autoritatem & pondus in uerbis.

Vt ductare exercitus & patrare bellum.) Ductari dicitur scortum, sicut patrare, dare operam liberis, id est, παιδοποιεῖν.

In præfata uidemur incidere.) Perottus legit, præfanda, pro turpibus.

Pag. 367.

Quæq; latent meliora putat.) Metam. 1.

Incipiunt agitata tumescere.) Georg. 1.

Non solum igitur illud iudicium, iudicij simile iud. non fuit.) Pro Cluent.

Vt apud Liuium, legati non impetrata pace.) Liuius ab urbe condita. 8.

Pag. 368.

Emendauit hoc etiam urbane in Hircium Cic. qui cum in Pansam declamans &c.) Scribe emendauit hoc etiam urbane in Hircio Cicero, qui cum in Pansam declamans &c. Nam Cicero discipulos habuit Hircium, & Pansam, ut testatur lib. epist. 9. Et nos dicemus lib. 12. cap. 11.

Vocemq; his auribus hausi) Aeneid. 4.

Nam cætera parum uitantur, hoc petitur.) Scribe, Nam cætera

cætera cum uiten tur.

Sed de hac parte, & in alio nostro opere plenius dictũ est.) Libro de Caussis corrutpæ eloquentiæ, cuius meminit in Proœmio lib. 6.

Sed de dispositione diximus.) Lib. 7. cap. 1.

Pag. 369.

Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;.) Aeneid. 5.

Vt cum illa in Verrem legit, stetit soleatus.) Actione. 7.

Pag. 370.

Vt est apud eundem pro Gallio.) Autore Aquila Rom.

Videbar uidere alios intrantes, alios uerò exeuntes, quosdam ex uino uacillãtes, quosdam hesterna potatione oscitantes: humus erat immũda, lutulenta, uino, & spinis cooperta pisciũ.) Quia locus integer non est, sic restitue, ex Aquila: Videbar mihi uidere alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex uino uacillantes, partim externa potatione oscitantes, uersabatur inter hos Gallius, unguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat lutulenta, uino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Immunda in Aquila deest.

Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.) Aeneid. 7.

Pag. 371.

Inde lupi seu Raptores.) Aeneid. 2.

Misit aui similis.) Aeneid. 4.

Qualis ubi hybernam Lyciam.) Aeneid. 4.

Pag. 372.

Sic nos credimus qui oratores euadere non potuerunt.) In Cicerone est, sic nonnullos.

Sæpe ita obscurum est ut sine caussa conciliata uideatur.) In Cicerone est, Sæpe ita obscura est, ut sine casu excitata uideatur.

Pag. 373.

Prior est apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum ascendisse ait.) Id est Odysseæ.8. Quanquàm nō Menelaus, sed Demodocus: neq; in equum ascendisse, sed in equo sedisse dicit.

Nam uerbo uno magnitudinem eius ostendit.) Magnitudinem: id est, latitudinem: quare sedisse, non ascendisse legendum.

Quod si in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quàm tu per te inquam obtines, intelligo quid loquor.) In Cicerone sic legitur, Si in tanta tua fortuna lenitas tanta non esset quam tu per te inquam obtines, intelligo quid loquor.

Pag.374.ex cap.4.

Vt Cic.in Verrem, Non enim furem, sed raptorem.) Actionem.7. legitur, sed ereptorem.

Facinus est uincire ciuem Rom. scelus uerberare, prope parricidium necare.) Actione.7. Facinus est uinciri ciuem Rom. scelus uerberari, prope parricidium necari.

Pag.375.

Cum uerò dixerit prope parricidium necare.) Est scriptum necari.

Quo pulchrior alter non fuit.) Aeneid.7.

In cœtu uero populi Rom.) Philipp.2.

Et in Catil. Serui me hercle mei.) Oratione.1.

Pag.376.

Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset.) In Cic. non uim, sed mortem legas.

An uerò uir amplissimus P. Scipio.) In L. Catil. Oratione.1.

Cædę atq; incendio.) In Cic. incendijs.

Tu inquit istis faucibus.) Philipp.2.

Pag.377.

Cauum conuersa cuspide montem.) Aeneid.1.

Leuia sunt hæc in hoc reo.) Act.2.

Non putant indignum Troiani principes.) Iliad.3.

Pag.378.

Clypeus

Clypeus Aiacis.) Iliad.6.
Hasta Pelias Achillis.) Iliad.16.
Trunca manum pinus regit.) Aeneid.5.
Conchiliatis Cn.Pompeij peristromatis.) Phil.2.
Quid enim tuus ille Tubero.) Pro Ligar.
Aderat ianitor carceris.) Act.7.

Pag.379.ex cap.5.

Nam omni certamine qui opulentior est.) Salust.in Iugurta.
Obsequium amicos.) Terent.in Andria.

Mors miseria non est, aditus ad mortē miser est.) Sententia Epicuri.

Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet.) Ex mimis P.Syri.

Pag.380.

Vsq; adeo ne mori miserum est.) Aeneid.2.
Apud Ouid. Medea dicit Seruare potui.) Ex traged. Medea.
Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius.) Pro Ligario.
Enthymema quoq; est omne, qđ mēte accipimus.) Ex Top. Cic.
Quorum igitur impunitas.) Pro Ligar.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.) Aeneid.1.
Facere enim probus adolescens periculose.) Pro Milone.

Pag.381.

Quare prius de facto uestro.) Pro Ligar.

Habeo quem fugiam, quem sequar, non habeo.) Cic. ad Atticum.8.

Pag.382.

Ad digitum mihi pugnaui.) Scribe, At digito nō pugnaui: nam ei dormienti pollicem soror reciderat.

Cum lecta in capite cuiusdam ossa.) Scribe, in capide, Est enim capis genus poculi à capiendo.

Quem nec terra recipit, nec mare pendeat.) Scribe, Quē maiusculo. Q.

Pag. 383.

Porrò ut affert lumen clauus purpuræ loco insertus.) Clauos hic intelligi puto, quos uulgo appellamus boutonnos, quos aut aureos, aut alterius materiæ uidemus inseri elegantiæ causa. Nam apud Roman. Purpuram tunicæ assui, siue prætexi (quod bordare dicimus) non est, qui ignoret: ea purpura latus clauus dicebatur.

Ego uero hæc lumina orationis.) Cic. de Orat. 3. *lumina & insignia uocat.*

Pag. 385. ex cap. 6.

Et ut Liuius Scipionem à Catone adlatrari solitum refert.) Decad. 4. lib. 7.

Claßiq; immittit habenas.) Aeneid. 6.

Sedet inscius alto, Suscipiens sonitum.) Aeneid. 2.

Pontem indignatus Araxes.) Aeneid. 8.

Pag. 386.

Et illa Ciceronis. Quid enim tuus ille &c.) Pro Ligario.

Ferrumq; armare ueneno.) Aeneid. 7.

Non enim si Cic. recte sentinam reip. dixit.) In Catil. orat. 2.

Optimeq; Cicero demonstrat cauendum.) De orat. 3.

Capitis niues.) Horat. 4. Carm.

Iupiter hybernas cana niue conspuit alpes.) Versus Furij Bibaculi, parum immutatus apud Hor. Serm. 2. Satyra. 5.

Nec pastorem populi dixero, autore Homero.) Iliad. 1. ποιμένα λαῶν.

Licet Verg. in apibus.) Georg. 4.

Ac Dædalo.) Aeneid. 6.

Pag. 387.

Arcades ad portas ruere.) Aeneid. 11.

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci.) Aeglo. 2.

Sed ut ait Cic. hypallagen rhetores dicunt.) Cic. in Orat.

Cererem corruptam undis.) Aeneid. 1.

Pag.

Pag.388.

Iam proximus ardet Vcalegon.) Aeneid.2.

Et carmina Vergilij uenisse.). Scribe, Et Verg. uenisse, pro carmine Vergilij.

Pallida mors.) Ho. carm. 1. Ode. 4.

Pallentesq; habitant morbi.) Aeneid. 6.

Nam dico uultus hominis, pro uultu.) Scribe, nam cum dico.

Dico pluraliter quod singulare est, quod singulare est, pluraliter.) Scribe, quod plurale est singulariter.

Diuûm pater atq; hominum rex.) Aeneid. 1.

Thalamo quæ fixa reliquit.) Aeneid. 4.

Pag.389.

Cicero ipse certe usus est hac libertate.) Pro Murena.

Non multa peccas inquit illo fortißimo uiro senior magister.) Scribe, Non multa peccas inquit illi fortißimo uiro senior magister, sed si peccas, te regere possum.

Qualia sunt Syllaturit, & proscripturit.) Epist. ad Atticum. 9.

Equum diuina palladis arte Aedificant.) Aeneid. 2.

Et acetabula quicquid habet.) Scribe, acceptabula, ab accipiẽdo.

Et pyxides cuiuscunq; materiæ sunt.) Proprie enim ex Buxo, quod Græcis πύξος dicitur.

Pag.390.

Turpis egestas.) Aeneid. 6.

Similem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoq;.) Lixa aqua antiquis dicebatur, unde Lixæ qui exercitũ sequentes aquam suppeditant, aut lauant, aut coquunt.

Coniugio Anchisa ueneris dignate superbo.) Aeneid. 3.

Pag.391.

O nauis referent in mare te noui Fluctus.) Horat. Carm. 1. Ode. 15.

Certe equidem audieram &c.) Aeglo. 9.

Equidem cæteras tempestates.) Pro Milone.

Pag.392.

Quod fretum quem Euripum, &c.) Pro Murena.

Pedem conferre.) Pedem conferre dixit Cicero pro Cn. Planco, pro recto certamine congredi, siue litigare, nec tergiuersari, id est, uenire ad caput, & punctum litis decisorium, siue ad principale, ut dicitur.

Iugulum petere, & sanguinem mittere.) Id est, urgere & premere aduersarium.

Dic quibus in terris.) Aeglo.3.

Pag.392.

Quadrantariam Clytemnestram.) Quadrantē Plinius modo triuncem, modo quadrantem appellat. Cic. Teruncium libro 3. de finibus. Erat autem denarij 40. pars, ualebatq; denarium turonensem cum 40. eiusdem parte. Iuuenalis dixit, Quadrante leuari, & Cic. pro Lælio, Quadrantariam permutationē. Quadrantariam ergo Chitemnestram fortaße de meretrice uili, quæ quadrante ductari poterat.

Et in Triclinio coam in cubiculo nolam.) De bibacibus, siue uinosis, & garrulis, obstreperisq; dicta puto. Nā choa, sic enim scribēdū, genus est mensuræ apud Atheneū lib. 11. Δειπνοσοφιστῶν. Nola autem, seu potius Naula genus instrumēti musici.

Pag.393.

Adijcitur his μυκτηρισμός.) Mycterismus est, quod Persius suspendere naso dixit. Nam μυκτῆρες autor. Ammonio libro de Similitudine, & differētia dictionum dicūtur, αἱ τῶν ῥινῶν καταπρησεῖς δι' ὧν ἔξεισι τὸ ὑγρὸν ἀπομασσόμενον, id est foramina per quæ exit mucus.

Tempus erat quo prima quies.) Aeneid.2.

Pag.394.

Quam frequenter ratio comparationis, & decor poscit.) Scribe comparationis.

Κατ' ἴδην χθὼν ἐς πυραιᾶ.) Scribe, πειραία, est autem initium

librorum

librorum de repub. Porrò refert Dionysius Halicarnaseus eam initij Platonis commutationem.

Animaduerti Iudices.) Pro Cluentio.

Ex confusis quæ uitia accidunt suo loco dicamus.) Scribe, diximus.

Pag, 395.

Geminiq; minantur.) Aeneid. 1.

Credas iuuare reuulsas Cyclades.) Scribe Cycladas, ex Aen. 8.

Fulminis ocyor alis.) Aeneid. 8.

Illa uel intactæ segetis per summa.) Aeneid. 7.

Quæ charybdis tam uorax.) Philipp. 2.

Quæ si fuit, fuit animal unum.) Scribe uiuum.

Versabatur in Sicilia longo interuallo non Dionysius ille.) Scribe, Alter non Dionysius ille, ex act. 7.

Non enim Charybdin tam infestam, neq; Scyllam nauibus.) In Cic. est nautis.

Fundum Varro uocat quem poßim mittere funda.

Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.) Corrige ad hunc modum.

Fundum Varro uocat quò poßim mittere funda.

Ni lapis exciderit quà caua funda patet.

EX LIBRO NO- NO.

Pag. 397. ex cap. 1.

Suo loco reddam.) Paulo post. cap. 2.

Pag. 399.

Iam iam Dolabella neq; me tui, neq; tuorum liberûm.) Hunc locum sic Scribe, ex act. 3. Nemo iam Dolabella neq; tui, neq; tuorum liberûm quos tu miseros in egestate, atq; in solitudine reliquisti, misereri potest.

Pag. 401.

Concinnus esse debebit.) Sic in Cicerone, non conueniens.

Alia dicentis, ac significantis dissimulatio.) Significantis in Cicerone, non simulantis.

Pag. 402.

Et præmissio.) Sic in Cic. non promissio.

Pag. 403.

Aut cùm gradatim sursum uersus reditur.) Sic in Cic. non tenditur.

Pag. 404.

Vt ante occupet quod putat opponi.) Putat, in Cic. non uideat.

Vt comparet similitudines, utatur exemplis.) Scribe, ut utatur exemplis.

Sæpe supra feret rem quam ferri possit.) In Cic. est fieri, non ferri.

Pag. 405. ex cap. 2.

Sed uos qui tandem.) Aeneid. 1.

Quid enim tuus ille Tubero.) Pro Liga.

Quousq; tandem abutere Catil.) Oratione. 1.

Patere tua consilia non sentis.) Oratione eadem.

Dixit ne tandem caussam C. Fidiculanus Facula.) Scribe Falcula, ex Oratione pro Cluentio.

Heu quæ me tellus.) Aeneid. 2.

Pag. 406.

Quid non mortalia pectora cogis.) Aeneid. 3.

Non arma expedient.) Aeneid. 4.

Quid igitur faciam.) In Eunucho Terent.

Non ego te uidi Damonis pessime caprum.) Aeg. 3.

Domus tibi deerat.) Est apud Cic. in Orat. ex orationibus suis.

Pag. 408.

Vt in Verrem Cicero, Quid deinde, quid censetis.) Actione. 7.

O' tem

Ò tempora, ò mores, ò me miserum.) Phi. 2.

Quam Cornificius licentiam uocat.) Hoc reperies Rhet. ad Heren. 4.

Pag. 409.

Et maiorum ut Cicero uocat laterum.) In Oratore Ciceronis est, Valentiorum.

Etenim si mecum patria.) Oratione in Catil. 1.

Quæ tecum Catil. sic agit.) In eadem.

Nullum iam aliquot annis facinus extitit.) In Cicerone est, Tot annos.

Pag. 410.

Vt famam Vergil.) Aeneid. 4.

Quemadmodũ à Xenophõte traditur.) Lib. 2. ἀπομνημάτων: id est, dictorum, ac factorum memorabilium Socratis.

Hic Dolopum manus.) Aeneid. 2.

Quid enim tuus ille Tubero.) Pro Liga.

Vos enim iam ego Albani tumuli.) Pro Milone.

Non ego cum Danais.) Aeneid. 4.

Pag. 411.

Ipse inflammatus scelere, ac furore in forum uenit.) Act. 7.

Pag. 412.

Vt illud in Catil. À quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum Metellum demigrasti.) Oratione 1. Sed hic scribe, ad sodalem tuum uirum optimum M. Marcellum.

Qualis est uita Socratis nam ideo dictus εἴρων.) Vide Cice. de Orat. 2. & Acad. quæst. 4.

I sequere Italiam uentis.) Aeneid. 4.

Meq; timoris Argue tu Drance.) Aeneid. 11.

Me duce Dardanius Spartam.) Aeneid. 10.

Pag. 413.

Scilicet is superis labor est.) Aeneid. 4.

Habes igitur Tubero.) Pro Ligar.

Metu uirgarum Nauarchus.) Act.7.
Vt Cicero in Verrem circa crimen Apronij.) Act.5.
Quam idem Cicero reticentiam uocat.) De Orat.3.
Quos ego. sed motos præstat.) Aeneid.1.

Pag.414.

Nimis urgeo, commoueri uidetur adolescens.) Pro Ligar.
At ego nesciebam quorsum tu ires.) Terent.in Andria.
Dicebam habere eos actorem Q. Cæcilium.) Act.1.

Pag.415.

Sed earum rerum artificem, quem? quem nam?) Act.7. sed non est quem.
Non licuit thalami expertem.) Aeneid.4.
O dixit felicem coniuge matrem.) Ouid. Metam.10.

Pag.420.

Et qui uictorias aureas in usum belli conflari uolebat.) Victoriarum aurearum meminit Cicero de Natura deorum 3. & Valer.lib.1.tit.de neglecta religione de Dionysio loquens.
Etiam si est apud Ciceronem in Clodiam.) Pro Cælio.
Et non negligens autor Visellus.) Aliàs, Visellius, ut paulò post.
Rutilius quidem Rufus.) Scribe Lupus.

Pag.422.ex cap.3.

Vt huic rei inuidere non, ut omnes ueteres, Et Cice. precipue hanc rem.) Cic.Tuscul.3.

Pag.423.

Oculis capti talpæ.) Georg.1.
Et timidi damæ.) Aeglo.8.
Vt fabricatus est gladium.) Pro C.Rabi.Posthumo, sed & Cicero dixit fabricari, lib.de Natu.deorum 1.
Et inimicos punitus est.) Pro Milone, Sed scribe es, non est. Sed & Cicero officiorum primo, & Tusculanorũ dixit punior, pro punio.

Cui non

Cui non risere parētes, Nec deas.) Scribe, Nec deus, est autem Aeglo. 4. Vide Politianum Miscell. cap. 89.

Pag. 424.

Nostrum istud uiuere triste.) Persius Saty. 1.
Magnum dat ferro talentum.) Aeneid. 5.
Virtus est uitium fugere.) Hora. epist. 1. ad Mecœnatem.
Sthelenus sciens pugnæ.) Idem Carm. 1. ode. 15.
Timarchides negat esse ei periculum à securi.) Act. 7.
Hoc Ithacus uelit.) Aeneid. 2.

Vt apud Sallustium, neque ea res falsum me habuit.) In Iugurtha.

Contumeliam fecit, quod à Cicerone reprehendi notum est.) Philip. 3.

Progeniem sed enim Troiano &c.) Aeneid. 1.
Nam quis te iuuenum confidentiß.) Georg. 4.

Pag. 425.

Tam magis illa tremens.) Aeneid. 7.
Vulgus amat fieri.) Ex 2. Thucyd. imitatio.
Nec longæ inuidit auenæ.) Hora. serm. 2. Saty. 6.
Tyrrhenum nauigat æquor.) Aeneid. 1.
Nam neq; Parnaßi &c.) Aeglo. 10.
Et apud Horatium illud Fabritiumq;.) Carm. 1. ode. 12.
Accede ad ignem hunc.) Terent. in Eunucho.
Si te Catil. comprehendi.) Oratione 1. Si te iam Catil. &c.
Ne non potius omnes boni.) In Cicerone, ne hoc potius &c.
Sed nos immensum spatijs.) Georg. 2.
Haud secus ac patrijs acer Romanus in armis.) Lib. eodem.

Pag. 426.

Ne'ue tibi ad solem.) Georg. 2.
Nec mihi tum mollis &c.) Georg. 3.
Ego cum, te mecum enim sæpißime loquitur.) Pro Milone.
Decios Marios, magnosq; Camillos.) Georg. 2.

Haud procul inde citæ &c.) Aeneid.8.

Pag.427.

Occidi occidi nõ Spurium Melium.) Pro Mil.
Ah Corydon Corydon.) Aeglo.2.
Viuis & uiuis,non ad deponendam.) Oratione in Catil.1.
Nihil'ne te nocturnum præsidium palatij.) In eadem.
Nihil urbis uigiliæ.) In Cice.*nihil'ne urbis.*
Nihil consensus bonorum omnium.) In Cice. *nihil concursus.*
Quis eos postulauit? Appius.) Pro Milone.
Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt.) Rhet.ad Heren.4.

Pag.428.

Vigilas tu de nocte.) Pro Murena.
Ille tenet,& scit,ut hostium copiæ.) Pro eodem.
Ille exercitatur in propagandis finibus.) In Cice.*ille exercitatus est.*
Te nemus Angitiæ.) Aeneid.7.
Hæc nauis grauis,& onusta præda Siciliensi, cũ ipsa quoq; esset etiam præda.) In Cice.*sic legas:Hæc nauis onusta præda Siciliensi,cum ipsa quoq; esset ex præda,est autem* Act.7.
Multi & graues dolores inuenti parentibus.) Act.7.
Iphitus, & Pelias mecum.) Aeneid.2.
Patrem hũc appellas &c.) Apud Rutil.*nõ est huius,uide exẽplum integrum,apud* Rutil.*nam hic concisum est.*

Pag.429.

Quæ à Cicerone dißipata dici puto.) De Ora.3.
Hic segetes illic ueniunt felicius uuæ.) Georg.1.
Vt apud Persium,usq; adeo'ne Scire tuum.) Saty.1.
Quid Cleomenes facere potuit.) Act.7.
Quid inquam Cleomenes facere potuit.) In Cice. *scriptũ est,Quid inquã,magnopere potuit Cleomenes facere.*
Pierides uos hæc facientes maxima Gallo.) *Scribe facietis, ex* Aeglo.10.

Pag.430.

Hic tamen uiuit.) Oratione in Catil.1.

Quæ cum ita sint Catil.) Oratione eadem.
Abijt,exceßit,erupit,euasit.) Oratione 2.
Vidi oculis ante ipse meis.) Aenei.12.ubi legitur, Vidi oculos ante ipse meos.
Vt alio quoq; loco dixi.) Lib.8.cap.3.

Pag.431.

Tectumq;,laremq;.) Georg.3.
Arma uirumq;.
Multum ille & terris.
Multum quoq; & bello. } Aeneid.1.
Hic illum uidi iuuenem.) Aeglo.1.
Nec hæc dixi quidẽ,sed nec scripsi.) Demost.pro Cthesiph. Est etiã apud Aquilam,qui climacem ascensum mauult trãsferre,quàm ut quidam scalam,aut gradiculos.

Pag.432.

Vt apud Homerum de sceptro.) Iliad.2.
Stupere gaudio Græcus.) Male Græci legitur.
Nouimus & qui te transuersa.) Aeglo.3.

Pag.434.

Vicit pudorem libido.) Pro Cluentio.
Neq; enim is es Catil.) Oratione 1.in Catil.
Socijs tunc arma capessant.) Aeneid.3.
Tam deest auaro quod habet,quàm quod non habet.) Ex mimis P.Syri.
Breuis esse laboro.) Horat.in arte Poëtica.

Pag.434.

Amari iucundũ est,si curetur ne quid insit amari,Auium dulcedo ad auiũ ducit.) Vtrunq; est Rhet.ad Heren.4.
Et apud Ouidium,Ludentem cur ego non dicam furiare furiam.) Vidi qui putarent sumptum ex tragœdia Medea,cum sumptum sit ex epigrãmatis Ouidij,Quare sic restitue.Et apud Ouidium ludentem,Cur ego non dicam furia,te furiam.

Corni

Cornificius hanc traductionem uocat.) Est Rhetor. ad Herennium 4.
Hanc Reip. pestem paulisper reprimi.) In Catil. 1.
Non emißus ex urbe, sed immißus in urbem esse uideatur.) In eadem.
Et ex aratore orator.) Scribe, ex oratore arator, ex Phil. 3.
Qui se legationi immoraturum.) Scribe immoriturum.
Non exigo uti immoreris legationi, sed immoriare.) Scribe, non exigo, uti immoriaris legationi, sed immorare.

Pag. 435.

Puppesq; tuæ pubesq; tuorum.) Aeneid. 1.
Etsi in hac calamitosa fama.) Pro Cluentio.
Vicit pudorem libido.) Pro eodem.
Abijt, excesit, erupit, euasit.) In Catil. 2.

Pag. 436.

Si quantum in agro, locisq; disertis.) Pro Cecinna.
Vicit pudorem libido.) Pro Cluentio.
Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs.) Pro eodem.
Odit populus Rom. priuatam luxuriam.) Pro Murena.
Est igitur iudices non scripta, sed lata lex.) Pro Milone: & in Orat. Est enim iud. hæc non scripta.
Nobis primis dij immortales fruges dederunt, nos quæ soli accepimus in omnes terras distribuimus.) Apud Rutil. ex Phalereo sumptum sic scribitur: Nobis primum dij immortales fruges dederunt, nos quod soli accepimus per omnes terras distribuimus.
Vt & sine inuidia culpa plectatur.) Pro Cluentio.

Pag. 437.

Si consul Antonius, Brutus hostis.) Phil. 4.

Pag. 438.

Quam Rutilius ἀνομοίωσιν uocat, dißimilitudinem ostendit hominum, rerum, factorumq;.) Cum apud Rutil. non reperirem

rirem ἀνομοίωσιν, reperiremq; ἀλλοίωσιν schema esse in quo diuisio, & separatio esset personarum, aut etiam rerum demonstratio quantum interesset, adductus sum, ut crederem, pro ἀνομοίωσιν scribendum esse ἀλλοίωσιν.

Quod uero schema est ad propositum subiecta ratio, quod Rutilius ἀπολογίαν uocat.) Et hic scribendum, pro ἀπολογίαν, αἰτιολογίαν, quam Rutilius fieri, aut ratione breui, & sententiosa, ita ut quod dubium est uisum, ad certam fidem adduci uideatur.

Siue inde occultas uires.) Georg. 1.

Relationem quid accipi uelit non liquet mihi.) Cicer. in Partitionibus.

Nam si ἀπαλλαγὴν.) Scribe ὑπαλλαγὴν, de qua lib. octauo cap. sexto.

Pag. 440. ex cap. 4.

Vt Sotadeorum & Callimachorum.) Melius qui Galliamborum, de quibus Diomedes Terentianus in hunc modum. Nomenq; Galliambis memoratur hinc datum, Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos &c. Meminit etiam Martialis.

Pag. 441.

Nec idem signorum concentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen.) Aliàs, idem receptui canente: id est, non est idem cōcentus exercitu regrediente ex prælio, nā id significat canere receptui, unde Quint. lib. 12. cap. 11. Antequam in has ætatis ueniat insidias receptui canet: id est finem faciet, neq; amplius orabit.

Nam neq; me diuitiæ mouent.) Ex Corneliana, autore Cice. in Orat. in quo nam, non est.

Pag. 442.

Neq; mihi quālibet magnus autor Cicero persuaserit Lysiā,

Herb

Herodotum, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse.) Hoc Cicero in Orat.

Nam neq; illud in Lysia dicendum textum tenue.) Nota textum dici genere neutro.

Tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem.) Scripsit enim Ionica lingua, quæ & suauis, & grauis est.

Pag. 443.

Tu, inquit, istis faucibus.) Phil. 2.

Fratres gemini.) Cice. pro Cluentio, C. & L. Fabritij fratres gemini fuerunt.

Pag. 444.

Vt tibi necesse esset in conspectu.) Phil. 2.

E, plenior est, I, angustior.) Vocalium autore Dionysio Halicarnasseo I, ultima est, circa enim dentes collisio fit paulo aperto ore, labrisq; sonum non illustrantibus.

Pag. 445.

Qua de re utar Ciceronis potißimum uerbis, habet inquit, ille.) In Orat.

Dignu' loco.) Cice. in Orat. Quinetiã quod iam subrusticum uidetur, olim autem politius eorum uerborũ quorum eadẽ erant postremæ duæ literæ, quæ sunt in optumus, postremam literam detrahebant, nisi uocalis insequebatur, ita non erat offensio in uersibus, quam nunc fugiũt poëtæ noui, ita enim loquebãtur. Qui est omnibu' princeps, non omnibus princeps, & uita illa dignu', locoq́; : non dignus.

Pag. 446.

Multum ille.) Aeneid. 1.

O fortunatam natam &c.) Versus hic Cice. ridetur à Iuuenale.

Nam & uomens frustis esculentis &c.) Phil. 2.

Saxa atq; solitudines.) Pro Archia.

ῥυθμὸς aut par est ut dactylus &c.) Hunc locum ita Cice. in Orat. expedit, Pes q adhibetur ad numeros partitur in tria,

ut ne

ut necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto esse maiorem, aut sesqui: ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon.

Pag. 447.

Panditur interea domus omnipotentis olympi.) Aeneid. 10.

Pag. 448.

Numeros memini.) Aeglo. 9.

Et Horatius *Numerisq; fertur* Lege *solutis.)* Carm. 4. Ode. 2.

Neq; *enim* Demosthenes *fulmina tantopere uibrasse diceretur.)* Cic. in Orat.

Sed qua cœperunt sublatione, ac positione.) Subleuationem Græci ἄρσιν, *positionem* θέσιν *uocant.*

Eos *qui dicuntur* ἀπάλαιστραι.) *Scribe,* ἀπάλαιστροι. In Orat. Cice. ἀπάλαστοι, *pro* ἀπάλαιστροι *mendosè scriptum est:* Itaque, *inquit, qualis eorum motus, quos* ἀπαλαίστους Græci *uocant, talis horum mihi uidetur oratio. Sunt autem apalestri, qui decentiam motus, & flexus corporis non didicerunt.*

Pag. 449.

Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες.) Pro *Ctesiph.*

Κ᾽ ἂν μήπω βαλλοίμην αὐτὸ ζῶ.) Locus *hic* ex Philip. 3. Demosthenis *sic emendandus est,* κ᾽ ἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ, *qui idem corruptus est apud* Hermogenem: *est autem integer, locus,* ὁ γὰρ οἷς ἐστιν ἐγὼ ληφθείην ταῦτα πράττων, καὶ κατασκευαζόμενος οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ κ᾽ ἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ.

Familiaris *cœperat esse balneatori.)* In Oratione pro Cælio *est, facta erat balneatori.*

Et *qui* αὐτὸ ζῶ.) *Scribe* μηδὲ τοξεύῃ, *ut sit creticus cum spondeo, sicut balneatori.*

Pag. 450.

Fortißima Tyndaridarum.) Hora. *Serm. 1. Saty. 1.*

Apennino.) Persius *Saty. 1.*

Armamentis.) Lucanus *lib. 9.*

Oriona.) Aeneid. 2.
Animaduerti iudices.) Pro Cluentio.
Non uult P.R. obſoletis criminibus accuſari Verrem.) Act. 7.
Vt adeas, tantum dabis.) Act. eadem.

Pag. 451.

Eſſe uideatur.) Pro lege Manil. & in Catil. 1.
Πᾶσι καὶ πάσαις.) Pro Cteſiphonte.
Et ſi uereor iudices.) Pro Milone.
Animaduerti iudices.) Pro Cluentio.
Quo me uertam neſcio.) Pro Ligario.
Falſò queritur de natura ſua.) Salluſt. in Iug.

Pag. 452.

Hunc choreum nos, ut alij trochæum nominemus.) Cice. in Orat. Trochæum autē qui eſt eodē ſpatio quo choreus &c.

Quod & longis longiores, & breuibus ſint breuiores ſyllabæ.) Hoc Dionyſius Halicarnaſ. in arte περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, & Priſcianus lib. 2. dicit ſyllabam tempus unum habere, uel duo, uel unum & ſemis, uel duo & ſemis, uel tria: unum ſi uocalis eſt breuis per ſe, ut amo: uel ſi una conſonans ſimplex ſequitur, ut caput: unum & ſemis in communibus ſyllabis, ut lachrymæ: In longis natura uel poſitione ſunt duo, ut dos, ars: duo & ſemis quando poſt uocalem natura longam ſequitur una conſonans, ut ſol: tria quando poſt uocalem natura longam duæ conſonantes ſequuntur, uel una duplex, ut mons, rex.

Pag. 453.

Agreſtem tenui muſam.) Aeglo. 1. Vbi codices Vergiliani habent, ſylueſtrem.

Et herous qui eſt idem dactylus Ariſtoteli amplior.) Rhetoricorum tertio.

Eiq; chordacis nomen imponat.) Sic & Cice. in Orat. Ariſtoteles tamen non cordacem uocat, ſed κορδακικώτερον, quaſi dicat, tripudijs aptiorē: ſicut heroum, σεμνὸν, καὶ λεκτικὸν, amplum

amplum & elegantem: Iambum autem, λέξιν τῶν πολλῶν: id est, ut interpretatur Cice. nimis è uulgari sermone. Quare forte & hic, & apud Cice. scribendum, pro cordacis κορδακικώτερον. uerbum Aristotelis: nam cordax (sic enim scribendum) genus est saltationis.

Pag. 454.

Nouum crimen.) Pro Ligar.

Animaduerti iud.) Pro Cluentio.

Sed cludet & breues.) Scribe, breuis: id est, breuis syllaba etiam claudet, & finiet numerum.

Quam habeatur indifferens ultima.) Cice. in Orat. *Nihil enim ad rem extrema illa longa sit, an breuis.*

Ausus est confiteri.) Pro Ligario.

Est & dochimus.) De quo Cice. in Orat.

Pag. 455.

Muliere non solum nobili.) Pro Cælio.

Brute dubitaui.) Cic. in procemio Orat.

Cur de profugis nostris copias comparat is contra nos?) Crassi apud Cic. in Ora. ubi pro cōparat is, scriptū est, cōparāt.

Romanus sum.) Act. 7.

Patris dictum sapiens.) Cice. in Orat.

Muliercula nixus in littore.) Act. 7.

Pag. 456.

Q. Ligarium in Aphrica fuisse.) Pro Ligar.

Quod precatus à dijs immortalibus.) In oratione pro Murena est.

Quæ in conspectu populi Rom.) Philip. 2.

Seruare quamplurimos.) Pro Ligar.

Quis non turpe duceret.) Philip. 2.

Ore spiritum excipere liceret.) Act. 2.

Nam ubi libido dominatur innocentiæ leue præsidium est.) Crassi in Orat. Cic.

Pag.457.

Sicut poëma nemo dubitauerit perito quodã initio fusum.) Scribe imperito, de quo uide Cice.in Orat.

Fauni uatesq; canebant.) Ennius, in Bruto & Orat.Cice.

Pag.458.

O' callidos homines.) Ex Corneliana 2. ut est in Orat.Cice.

O' rem excogitatam.) Adde,ò ingenia metuenda.

Periodo plurima nomina dat Cice.) In Orat.

Pag.459.

Aderat ianitor carceris.) Act.7.

Modus eius à Cicerone,aut quatuor senarijs.) In Orat.

Vt in Verrem Proserpinæ raptus.) Act.6.

Pag.461.

Quid igitur faciam.) Terent.in Eunu.

EX LIBRO DECIMO.

Pag.463.ex cap.1.

Sed ut perueniri ad summa nisi ex principijs non potest.) Forte legendum ad summam,sicut in proœmio lib.1.Nec ad ullius rei summam nisi præcedentibus initijs perueniri : quanquã ad summa, non male legatur.

Pag.464.

Instruamus quæ in oratione dicere,facereq; optime quàm facilime posit.) Melius,Instruamus qua ratione,quod didicit, facere quàm optime,& quàm facilime posit.

Pag.465.

Infantes à mutis nutricibus iußu regum in solitudine educati.) Vide Herodotum lib.2.

Et preßi copia lactis.) Aeglo.1.

Pag.

Pag. 466.

Quæ sunt fortasse in summa profutura.) Fortè *scribendum in summam, ut lib.1.cap.1.in summã profuit: id est,* ἐς τὸ σύμπαν.

Pag. 467.

Cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes.) In Orat.

Horatio *uero etiam* Homerus.) In *arte* Poëtica.

Pag. 468.

Itaque ut dixi, neq; Sallustiana breuitas.) Lib. 4.cap. de *Narratione.*

Quia M. Tullius *ne* Thucydidem *quidem, aut* Xenophontem *utiles oratori putat.)* In Orat.

Pag. 469.

Quæ est apud Liuium *in epistola ad filium scripta.)* Eius *epistolæ meminit etiam lib.2.cap.6.*

Pag. 470.

Igitur ut Aratus *à* Ioue *incipiendum putat.)* Sic *enim exorditur,* ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

Quemadmodum ex Oceano *dixit ipse.)* Iliad. 21.

Pag. 471.

Nunquam certe conditorum Chalcidico *uersu carminum fecisset in* Bucolicis *mentionem.)* Aeglo. 10.

Pag. 472.

Quid? Horatius *frustra* Tyrteum Homero *subiungit?)* In *arte* Poëtica.

Secundus confeßione plurimorum Philetas *occupauit.) Scribe secundas, ut subaudiatur partes.*

Ad hexim maxime pertinebit.) Scribe Græce ἕξιν, *quam supra hoc capite firmam quandam facilitatem transtulit.*

Nouem uero lyricorum longe Pindarus *princeps.)* Lyrici *nouem his uersibus continentur, apud interpretem* Pindari:

Λυρικοὶ ποιηταὶ ἐσὶν ἐννεά, ἄλκαιος

Σαπφὼ, στησίχορος, ἴβυκος, βακχυλίδης,

Σιμωνίδης, ἀλκμὰν, ἀνακρέων, καὶ πίνδαρος.

Propter quæ Horatius nemini credit tam imitabilem.) Carm. 4.Ode.2.

Pag.474.

Philistus quoq; miretur.) Cice.meminit de Orat.2.

Ephorus uti Isocrati uisum calcaribus eget.) Cic.de Ora. 2.& in Bruto.

Pag.475.

Quanquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur.) Cice.in Bruto.

Quem tamen in illo medio genere dicēdi præfert omnibus.) Cicero de Orat.2.

Vt ipsæ finxisse sermonem gratiæ uideantur.) Cic.in Ora. Musas,dicit.

Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est.) Eupolis,in Bruto Cic.

Pag.476.

Laudandus tamen parcius.) *Alij partibus.*

Pag.477.

Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.) Aeglo.8.

Tantum ab Horatio dissentio qui Lucilium fluere lutulentum.) *Serm.1.Saty.4.*

Pag.478.

Quandam illi epodos interuenire non reperiatur.) Scribe, *quanquam.Aliàs autem ille.*

Alij Stolonus sentētia.)Alij dicūt Epij Stolonis,alij Epistolonis.

Pag.481.

Inueni qui Cælium præferrent omnibus.) Scribe,Caluum: ex Bruto Ciceronis.

Pag.483.ex cap.2.

Neq; enim dubitari potest,quia artis pars magna contineatur.) Scribe,quin.

Pag.

Pag.485.

Quorum certissima sit regula in consuetudine.) Vide cap. 10. & 11. lib. 1.

Vel potius illas Epicuri figuras.) Vide Gellium lib.5. cap.16.

Pag.488.ex cap.3.

Nec immerito M. Tullius hunc optimum effectorem, ac magistrum dicendi uocat.) De Orat. 1.

Vt maiora animalia diutius uisceribus parentum continerentur.) Plinius lib.10.cap.63.

Pag.491.

Nec pluteum, inquit, cædit.) Pers. Saty. 1.

Pag.493.

Tantus amator secreti Demosthenes in littore &c.) Hoc refert Libanius in eius uita.

Ita crebro relatione quoad intinguntur calami morātur manum.) Aliàs, Ita crebro relationis quo ad intinguntur calami, repetitione morantur manus.

Pag.494.

Nam quod Cinnæ Smyrnam nouem annis accepimus scriptam.) De hac Cinnæ Smyrna habes epigrāma apud Catul.

Ex cap.5.

Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris, dicit factitasse.) De Orat. 1.

Quinetiam libros Platonis, atq; Xenophontis edidit.) Cicero Platonis Timæum, & Xenophontis Oeconomicū trāstulit.

Pag.495.

Ideoq; ab illis dissentio, qui uertere orationes latinas uetant.) Crassi opinio de Orat. Cice.

Pag.496.

Quas uocari θέσεις diximus.) Lib.3.cap.5.

Quibus Cicero iam princeps in Rep. exerceri solebat.) Hoc ipse de se testatur lib. epist. ad Atticum 9.

Pag.497.

Sed quod dixi primo,ut arbitror,libro.) Cap.2.

Et inanibus simulachris,ut difficilis ab his digreßus sit, aßuefacere.) Scribe aßuefieri.

Pag.499.ex cap.6.

Certe Græcorũ Metrodorũ Sceptium.) De hoc Cic.de Ora.2.

Nostrumq; Hortensium.) De quo Cic.in Bruto.

Ex cap.7.

Ex tempore dicendi facultas.) Extemporalem orationem primus Aeschines autore Philostrato reperit.

Pag.501.

Miracula illa in scenis pilariorum,ac uentilatorum.) Pilarios & uentilatores id genus circulatores, & præstigiatores pilulas, siue spherulas tam celeriter in manibus,aut uasculis uersant,ut à spectatoribus deprehendi non facile queant.

Deum tunc affuisse,cum id euenisset ueteres oratores, ut Cice.dicit,aiebant.) De Orat.1.

Quas uocari φαντασίας indicauimus.) Lib.6.cap.5.

Pag.502.

Vt Antipater Sidonius.) De Sidonio Antipatre Cic.de Ora.3.

Et Licinius Archias,credendum enim Ciceroni est.) Habes orationem Cice.pro A.Licinio,Archia poëta.

EX LIBRO VNDECIMO.

Pag.505.ex cap.1.

Quam uirtutem elocutionis quartam Cicero, demonstrat.) De Orat.3.

Et hic Cicero alloquens Brutum.) In Orat.

Pag.506.

Itaq; quamuis Lisias qui tum præstantißimus habebatur.) Hoc

Hoc narrat Cic.de Orat.1.& Valer.lib.6.tit.4.

Pag.507.

Aut P.Rutilius,uel cum illo pene Socratico genere defensionis est usus.) Vide Cic.de Orat.1.

Pag.508.

Quanquàm is rerum à se gestarum &c.) Cic in ea Oratione quæ est pro domo sua ad pont.se excusat, quòd aliquando gloriosius de se prædicauit.

Si quid est in me ingenij Iud.) Pro Arch.

Nam quo minus ingenio possum,subsidio mihi diligentiam paraui.) Pro Quintio.

Nonnunquàm in dialogis.) Vt in Bruto.

Pag.509.

Cedant arma togæ,O' fortunatam.) Meminit Cic. in Pisonem,& Sallustius in Ciceronem.

Et Iouem illum à quo in consilium aduocatur, et Mineruam quæ eum artes edocuit.) Hoc erat in libris temporum suorum auto.Valla:Nam Cicero libros tres de temporibus suis scripsisse se epist.ad Lentulum scribit.

Quid putem?contemptum ne'me?) Phil.2.

Quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potest. Ipse dixit.) Vide Cic. de Nat. deorum.1.& Valer. lib.8.tit.ultimo.

Si criminis loco esse negasset.) Cicero, equitis Rom. esse filiũ se defendente Pro Cælio.

Pag.510.

Cum dicit orationem suam cœpisse canescere.Cicero in principio Bruti.

Saxa atq; solitudines.) Pro Archia.

Vos enim iam Albani tumuli.) Pro Milone.

Pag.511.

Vtrum Cæsar ater an albus homo sit.) Catullus in Cæsarem.

Aliter enim P.Clodius,aliter Appius Cæcus,aliter Cæcilianus

ille, aliter Terentianus pater.) Pro Cælio.
Vt adeas tantum dabis.) Act. 7.
Ciuis Rom. sum.) Act. eadem.

Pag. 512.

Vtatur illa Ciceronis confeßione, non modo se animo commoueri.) Pro Milone.
Illud iam diximus quãto plus nitoris &c.) lib. 8. cap. de ornatu.

Pag. 514.

In libro ut arbitror septimo dixi.) Cap. de qualitate.

Pag. 519.

Cicero uarie detractaturus Græcis testibus fidem.) Pro Flacco.

Pag. 520.

Nam Cicero quodam loco scribit id esse optimum.) Sensum ex Orat. Ciceronis retulit magis, quàm uerba: sunt autẽ hæc: Orationis subtilitas imitabilis quidem uidetur existimanti, sed nihil est experienti minus.

Pag. 522. ex cap. 2.

Quanquàm inuenio apud Platonem obstare memoriæ usum literarum.) In Phædro.
Quam secutus Cicero.) De Orat. 2.

Pag. 523.

Vt quomodo dicit Cic. locis pro Cera.) In Partit.

Pag. 524.

Quos Cicero dicit usos hac exercitatione.) De Orat. 2.

Pag. 528.

Et Mithridates cui duas & uiginti linguas.) Plinius lib. 7. cap. 24. Valer. lib. 8. tit. 7. & Gellius lib. 17. cap. 17.

Pag. 529.

Vel Cyrus quem omnium militum tenuisse creditum est nomina.) Plinius & Valer. libris & cap. ut supra.

Ex cap. 3.

Namq; actionem Cicero alias quasi sermonem.) De Orat. 3.

Alias

Alias eloquentiam quandam corporis dicit.) In Orat.

Siquidem Demosthenes quid esset in toto genere dicēdi summum interrogatus, pronunciationi palmam dedit.) Cicero in Orat. & in Bruto, & Valer. lib. 8. tit. 10.

Pag. 530.

Quid si ipsum audissetis.) Cic. 3. de Orat. & Valer. lib. 8. tit. 10.

Et M. Cicero unam in dicendo actionem dominari putat.) De Orat. 3.

Hac Cicero Lentulum plus opinionis consecutum quàm eloquentia tradit.) In Bruto.

Eadem C. Gracchum in defendenda fratris nece totius Pop. Rom. lachrymas concitasse.) De Orat. 3.

Antonium & Crassum multum ualuisse, plurimum uero Q. Hortensium.) In Bruto.

Vt L. Cottam dicit Cicero fecisse.) In Bruto, & de Orat. 3.

Pag. 531.

Nam est & candida & fusca.) Aristoteles in Topicis, λευκὸν, id est, candidum in uoce interpretatur, εὐήκοον, id est, bene audibile, Vocem uenire, reuocari: & est cādida transire in fuscam, Scribit Plinius. lib. 28. cap. 6.

Pag. 532.

Nec præparare ab imis sonis uocem ad summos, quod Græcos facere.) Cicero de Orat. 1. dicit.

Vt assueta gymnasijs, & oleo corpora.) Vide Cic. Tuscul. 2.

Pag. 533.

Quod Ennius probat, cum dicit, suauiloquēti ore Cethegum fuisse.) Apud Cic. in Bruto.

Non quod Cic. in his reprehendit, quos ait latrare non agere.) In eodem Bruto.

Pag. 534.

Multum ille & terris.) Aeneid. 1.

Ideoq; laudatur in Catullo suauis appellatio literarum.) In

Bruto

Bruto Cic.

Arma uirumq; cano.) Aeneid. 1.

Atq; altæ mœnia Romæ.) Eodem lib.

Pag. 537.

Cui Græci nomen ab immaturo gallorum cantu.) Politianus epistol. lib. 7. ἀπωδὸν putat, Scio κλωσμὸν uocem esse gallinaceam.

Quod Demosthenes ut efficeret, scandens in aduersum continuabat.) Sic Valer. lib. 8. tit. 7. Aduersa loca scandens, Cic. autem de Orat. 1. Ascensu ingrediens arduo.

Pag. 538.

Nam Cicero illos ex Lycia, & Caria Rhetores penè cantare in epilogis dixit.) In Orat.

Non & Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem.) In Orat.

Pag. 540.

Dij talem terris auertite pestem.) Aeneid. 3.

Haud equidem tali me dignor honore.) Aeneid. 1.

Pag. 541.

Nam & corrugare nares.) Vt Horat. dit, Epist lib. 1. ad Torquatū: Ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares.

Pag. 542.

Saxa atq; solitudines.) Pro Archia.

Pag. 543.

Stetit soleatus prætor Populi Rom.) Act. 7.

Cædebantur in medio foro Messanæ.) In eadem actione est, cædebatur uirgis.

Pag. 544.

Tum digitus ille quo usum optime Crassum dicit Cic.) De Orat. 2.

Si quid est in me ingenij Iud.) Pro Archia.

Pag. 546.

Nouum

Nouum crimen.) Pro Ligar.

Pag.547.

Vos Albani tumuli.) Pro Milone.

Aut Gracchanum illud,quo me miser conferam? quo me uertam? in capitolium ne? At fratris sanguine redundat: An.domũ?) Locus hic integer non est, tu hunc ex Cic. 3.de Orat. sic perfice, An domum? matrem'ne ut misseram lamentantemq; uideam, & abiectam?

Aut numerum quingentorum pollice inflexo efficientis.) Beda de natura rerum cap. 1. Quingenta effici dicit in manu dextra, quemadmodum L.in manu læua: id est,pollice exteriori artui instar Γ. literæ curuato, & ad palmam inclinato. Sed quia locus exposcit,ingratum non erit rationem computus,siue loquelæ digitorum ex eodem Bedæ libro exscribere.

Cum ergo dicis unum,minimum in læua digitum inflectens, in medium palmæ artum infiges, Cum dicis II.secundum à minimo flexum ibidem impones, Cum dicis III.tertium similiter adflectes, Cum dicis IIII. itidem minimum leuabis, Cum dicis V. secundum à minimo similiter eriges, Cum dicis VI. tertium nihilominus eleuabis medico duntaxat solo,qui medicus appellatur,in medium palmæ fixo, Cum dicis VII. minimum solum cæteris interim leuatis, super palmæ radicem pones, Iuxta quod Cum dicis VIII. medicum, Cum dicis IX. impudicum è regione compones, Cum dicis X. unguem indicis in medio figes artu pollicis, Cum dicis XX.summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes, Cum dicis XXX.ungues indicis,& pollicis blando coniunges amplexu, Cum dicis XL.Interiora pollicis lateri uel dorso indicis superduces, Cũ dicis L.pollicem exteriori artui instar Γ.literæ curuatum ad palmam inclinabis, Cum dicis LX.pollicem ut suprà curuatum indice circunflexo diligenter à fronte præcinges, Cum dicis LXX. Indicem,ut suprà:circunflexum pollice immisso superimplebis, ungue duntaxat illius erecta

erecta, trans medium indicis artum, Cum dicis, LXXX. *indicem ut supra circunflexum pollice in longum tenso implebis, ungue uidelicet illius in medium indicis artum infixa, Cum dicis,* XC. *indicis inflexi ungulam radici pollicis infiges.*

Hactenus in læua, Centum uero in dextra quemadmodum X. *in læua facies.* CC. *in dextra quemadmodum* XX. *in læua,* CCC. *in dextra, quemadmodum* XXX. *in læua, eodem modo & cætera usque ad* DCCCC. *Item mille in dextra quemadmodum unum in læua,* II. *in dextra quemadmodum* II. *in læua,* III. *in dextra, quemadmodum* III. *in læua, & cætera, usque ad* IX. *Porro* X. *cum dicis, læuam medio pectori supinam appones, digitis tantum ad collum erectis,* XX. *cum dicis, eandem pectori expassam late superpones,* XXX. *cum dicis, eadem prona sed erecta pollicem cartilagine medij pectoris immittes,* XL. *cum dicis, eandem in umbilico erectam supinabis,* L. *cum dicis, eiusdem pronæ sed erectæ pollicem umbilico impones,* LX. *cum dicis, eadem prona femur læuum desuper comprehendes,* LXX. *cum dicis eandem supinam femori superpones,* LXXX. *cum dicis, eandem pronam femori superpones,* XC. *cum dicis, eadem lumbos comprehendes, pollice ad inguina uerso, At uero* C. *&* CC. *& cætera usque ad* DCCCC. *eodem quo diximus ordine in dextra corporis parte complebis, Decies autem Centena millia cum dicis, ambas sibi manus insertis inuicem digitis implicabis.*

Pag. 548.

Idq; in Callidio Cicero desiderat.) In Bruto.

Quanquàm Cicero rarum incessum, neque ita longum probat.) In Orat.

Quod Domitius Afer de Sura Manil. dixit, satagere.) Ineptißimum hoc de Sura Manil. dixit libro 6. cap. de risu.

Pag. 549.

Pedum supplosio ut loco est oportuna, ut ait Cicero.) De Orat. 3.

Longißime

Longißime fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dicit fuisse.) Totum hoc de Tityo ex Bruto Cicero. sumptum est.

Quam in Curione patre irrisit, & Iunius quærens quis in lintre loqueretur.) Patre, bene ex Bruto Ciceronis, non prætore: sed pro Iunius, scribendum est, C. Iulius.

Et Sicinius cum aßidente collega.) Scribe. C. Sicinius, ex Bruto Cic.

Iactantur & humeri, quod uitiũ Demosthenes ita dicitur emendasse.) Hoc refert Libanius in eius uita.

Pag. 550.

Lineam poposcit.) Lineam hic accipe pro eo ligno longo, & tereti, quod solet in stabulis interponi equis, ne se mutuo mordeant, aut calcibus feriant.

Pag. 551.

Et Focalia.) Focale apud Horatium, & Senecam accipitur pro fascia qua dicturi oratores fauces cingebant, ut non obliderentur, & pronunciatio adiuuaretur.

Pag. 553.

An ista inquit Callidio Cicero, si uera essent, sic à te dicerentur? &: tantum abest, ut inflammares nostros animos, somnum isto loco uix tenebamus.) Vtrunque in Bruto Cicero.

Hoc præcipit Homerus Vlyßis exemplo.) Iliad. 3.

Pag. 554.

Q. igitur Ligarius.) Pro Ligar.
A. Cluentius habitus.) Pro Cluentio.
Nubit genero socrus.) Pro eodem.
Constituitur in foro Laodiceæ.) Act. 3.
Raptus Proserpinæ.) Act. 6.
Cn. Pompeij laus.) Pro Corn. Gaditano.

Pag.

Pag.555.

Videbar uidere alios intrantes.) Cic.pro Gallio, Quem locum.lib.8.cap.3.emendauimus,ex Aquila Rom.

Suscepto bello Cæsar.) Pro Ligar.

Vos Albani tumuli.) Pro Milone

Saxa atq; solitudines.) Pro Archia.

Quin compescitis uocem istam indicem stultitiæ.)Pro C.Rabir.

Hic etiam fusca illa uox,qualem Cic.fuisse in Antonio dicit.) Id est subrauca,ut est in Bruto Cicer.

Pag.556.

De damnatione Philodami.) Act.3.

In cœtu uero populi Rom.) Philipp.2.

Vos Albani tumuli.) Pro Milone.

Tu mihi quodcunq; hoc regni.) Aeneid.1.

Cantando tu illum.) Aeglo.3.

Tu'ne ille Aeneas.) Aeneid.1.

Meq; timoris Argue tu Drance.) Aeneid.11.

Et ut uere dictum est,caput esse artis decere quod facias.) Emendandus locus Ciceronis est.1. de Orat. unde hic sumptus est,Sed etiam ipsi illi Roscio quem sæpe audio dicere caput esse artis dicere.Scribe,decere,pro dicere.

Pag.557.

Quid igitur faciam.) Terent.in Eunucho.

EX LIBRO DVODECIMO.

Pag.558.ex Procemio.

Nunc cœlum undiq;,& undiq; pontus.) Aeneid.5.

Pag.562.ex cap.1.

Quoq; nos à cæteris animalibus separasse &c.) Cic de Orat. 1.Hoc enim uno præstamus uel maxime feris, quòd exprimere dicendo

dicendo sensa possumus. Vide etiam cap.17. lib.2.

Nam & Pythagoras non sapientem se,ut qui ante eum fuerunt.) Vide Valer.lib.8. titu.de Studio,& industria.

Et se ipse multa ex illa iuuenili abundantia coercuisse testatur.) In Orat.& in Bruto.

Ipse etiam M.Tullius quærit adhuc eum.) In Orat.

Quanquam ne ipsi Ciceroni Demosthenes satis uideatur esse perfectus.) In Orat.

Pag. 563.

Tum pietate grauem ac meritis.) Aeneid.1.

Pag.563.

Neq; enim Academici cum in utranque disserunt partem.) Vide Ciceronem,de Diuina lib.2.

Facturum aliquando bonum uirum ut mendacium dicat.) Vide Platonem lib.de Rep.3.& 5.

Pap.567.ex cap.2.

Ideoq; aliquandiu præceptores eosdem fuisse morum,atque dicendi.) Hoc scribit Cice.de Orat.3.

Pag.569.

Et ut palæstrici doctores,illos quos neruos uocant.) Melius scribatur numeros,ut cap.1.lib.10. *Sed ut athleta qui omnes iam perdidicerit à præceptore numeros.* Et lib. 9. cap. de compositione,*quod metrum in uerbis est,id rythmum etiam in corporis motu esse dicit.*

Pag.570.

Anaxagoræ physici constat auditorem fuisse.) Hoc Cice. in Orat.& in Bruto de Pericle.

Et Demosthenem principem omnium Græciæ oratorũ dedisse operam Platoni.) Cice.in Orat.

Nam M.Tullius non tantũ se debere scholis rhetorũ,quantum Academiæ spatijs,frequenter ipse testatus est.) In Orat.

f Pag.

Pag.573.ex cap.3.

Vnde nomen his pragmaticorum datum.) Craſſus. 1. de Orat.Cice. dicit apud Græcos fuiſſe infimos homines,qui mercedula adducti miniſtros ſe præberent in iudicijs oratorijs, eos appellari pragmaticos.

Pag.574.

Vel ut Cicero ait legulei quidē eſſe maluerunt.) 1. de Oratore.& pro Mure.

Pag.576.ex cap.5.

Vox quidem,non ut Cicero deſiderat,pene tragœdorum.) De Orat.1.

Laudatū quoq; ex quatuor tribunalibus memini.) Quantum ex Plinij lib.epiſt.2.didicimus: Erant centum uirorum conſilia quatuor in baſilica uſque adeo inter ſe proxima,ut tribunalis unius actiones ex alio audiri poſſent.

Ex cap.6.

Cum Demoſthenem puerum admodum actiones pupillares habuiſſe manifeſtum ſit) Plutarchus in uita Demoſthenis autor eſt ipſum tutoribus ſuis diem dixiſſe, multaq; aduerſum eos ſcripſiſſe.Quare hic pupillares,non populares legendum.

Pag.577.

Littus eiectis.) Littus,non luctus. Et apud Ciceronem in Oratione pro Roſcio Amerino,& in Oratore ſcriptum eſt, & ipſe ſenſus expoſtulat.

Quæ cum ſex & uiginti natus annos.) Aſconius Pædianus apud Gellium lib. 15. cap. 28. dicit ſeptem & uiginti annos.

Deferbuiſſe tempore,& annis liquata iam ſenior idem fatetur.) In Orat.& in Bruto.

Sed præcipue tamen Apollonio Moloni quem quoq; audierat Rhodi.) Vide in Bruto Cice.

Pag.

Pag.579.ex cap.7.

Cum & Socrati collatum sit ad uictum.) Xenophon lib. Memorabilium. 1. dicit Socratem nullam unquam mercedem suæ doctrinæ exegisse.

Pag.583.ex cap.9.

Veteribus quidem etiam dißimulare eloquentiam fuit moris,idq; M.Anto.præcipit.) Lib,2.de Orat.Cice.

Et ut Demosthenes ait, si continget sculpta.) Aduerte hic sculpta à sculpo, si locus mendosus non est,cum Diomedes autor sit dicendum esse scalpo,non sculpo.

Pag.586.ex cap.10.

Vt à Græcis Tuscanicæ statuæ.) De Tuscanicis meminit Plinius lib.34.cap.7.

Post Zeusis atq; Parrhasius.) Ciceroni scribitur, Zeuxis: uide etiam Plinium lib.35.cap.9.& 10.

Nam cura Protogenes.) Vide Plinium lib.35.cap.10.

Pap.587.

Tuscanicis proxima Calon,atq; Egesias.) Plinio scribitur Callon,& Aegesias.

Iam minus frigida Calamis.) Cic.in Bruto.Quis enim eorum qui hæc minora animaduertunt, non intelligunt Canachi signa rigidiora esse,quàm ut imitētur ueritatem, Calamidis dura illa quidem,sed tamen molliora, quàm Canachi.

Pag.588.

Et antiqua quidem illa diuisio inter Atticos, atq; Asiaticos fuit.) Vide Cice.in Bruto.

Pag.589.

Non igitur usque ad Coccum & Antocidem remittemur.) Plinius habet,Antoridem.

Quem fulminibus & cœlesti fragori comparāt comici,dum illi conuitiantur.) Aristophanes.

Pag.593.

Quòd plures eruditorum aliam esse dicēdi rationem, aliam scribendi putauerunt.) Vide apud Cice.in Bruto, *cur oratores non ita scripserint, ut dixerunt.*

Pag.594.

Quosdam nihil posteritati, mansurisq; mox literis reliquisse, ut Periclem *&* Demadem.) Cice.in Bruto.

Quod si mihi des consilium uirorum bonorum.) Hic *aduerte consilium dictum pro concilio, id est consensu, & corona, ut* Græcis *suum* βυλὴ.

Pag.595.

Qui cum interrogasset rusticum testem an Amphiona.) Deest *uerbum, nosset, an* Amphiona *nosset.*

Negante eo detraxit aspirationem.) Id *est, dixit* Anfiona, *nō* Amphiona.Hoc *enim interest inter f, & ph, auto.*Prisciano, *quod non tam fixis labris pronuncianda est f, quàm ph.*

Hic *orator & defunctos excitabit, ut* Appium Cæcum.) Cice.*pro* Cælio.

Aliquandoq; Ciceronem *in oratione cōtra* Catil.*in* Senatu *alloquetur.)* Scribe *aliquandoq; ut apud* Ciceronem *&c. est autem in* Orat.1.

Pag.596.

Quæ Charybdis *tam uorax.)* Phil.2.

Vos Albani tumuli.) Pro Milone.

Nam & Homerus *breuem quidem animi iucunditatem.)* Scribe, *amoris.*

Et carentem superuacuis eloquentiam Menelao *dedit.)* Iliados 3.

Et ex ore Nestoris *dixit dulciorem melle profluere sermonem.)* Iliados 1.

Sed summam aggressus, ut in Vlysse.) Iliad.3.

Cui ora

cui orationem niuibus hybernis, & copia uerborum, atq; impetu parem tribuit.) Scribe, cui orationem flumini niuibus hybernis aucto, & copia &c.

Hanc uim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis.) In comœdia δήμοι.

Pag.598.

Vt succinis sulphura.) Melius ut buccinis purpuram casu accusatiuo. Nam buccinum genus esse purpuræ, siue conchæ docet Plinius cap.38.

Exuat mentium colorem.) Scribe, mentitum colorem, Vergil. Aeglo.4. Nec uarios discet mentiri lana colores.

Pap.599.ex cap.11.

Ne quæ dicet parum audiri sentiat, ne se quærat priorem.) Scribe, queratur, id est, ne cõqueratur & grauiter ferat se post alium nominari, qui ipse antecellere solebat.

Sic Pansam, Hircium, Dolabellam in morẽ præceptoris exercuit.) Vide Cice. epist. lib.9. & Suetonium de Rheto. illustribus.

Pag.600.

Quanta sit humani generis uis.) Alias humani ingenij.

Pag.602.

Vt Eleum Hippiam transeam.) Vide Cic.3. de Orat.

Gorgias quoq; summæ senectutis.) Hoc refert Cic. de Orat. 1. & 3. & de Finibus 2.

Pag.603.

Tamen est ut Cicero ait pulchrum in secundis tertijsq; consistere.) Cice. in Orat.

FINIS CASTIGATIONVM, & annotationum in Quintil. libros XII.

87



